venena pro viribus ꝓpulſarent. Quibus de hyſpania didacus oxomẽſis eps: hũs in comitatu ſuo beatũ Dñicũ pro hereticis ↄuertẽdis adiungit. Poſt biẽniũ aũt redeũtib⁹ ad ꝓpria legato ſedis aplice ⁊ .xij. abbatib⁹ dictis ⁊ dño Didaco oxomenſi epo: btũs Dñicus cũ paucis ſibi adherẽtibus ſolus pmãſit ibidem in indefeſſa ↄtinuatione pdicationis ⁊ in ipugnatione hereſis ferre p annos decẽ: vſq; ad tps lateranẽſis cõcilij qđ celebratũ fuit ãno dñi. M.ccxv. ſb eodẽ Innocẽtio mẽſe nouẽbris ¶ Impoſuerat ſiqdẽ idẽ ſũmus põtifex btõ Dñico inqſitionis offm̃: ⁊ ipſe itrepide illud exercuit. Quo tpe libellus fidei catholice a beato Dñico ↄſcriptus: ⁊ vna cũ libro hereticoꝝ in ignem ꝓiectus ter ꝓſilijt ex igne incõbuſtus: libello hereticoꝝ in cinerẽ redacto. Hoc ẽt tpe vidẽs beatus Dñicus ꝙ aliq nobiles in ptibus tholoſanis egeſtate cõpulſi tradebãt filias ſuas hereticis nutriẽdas ⁊ erudiẽdas: imo pot i⁹ peſtiferis erroꝛib⁹ imbuẽdas: eaꝝ miſeratus calamitatẽ inſtituit monaſterium de proliano ad eaꝝ ſuſceptionẽ. Ubi ancille dei ṽtutib⁹ ⁊ numero plurimũ excreſcẽtes: deuotũ altiſſimo exhibẽt famulatum. Et hoc fuit primũ monaſteriũ ſoroꝝ ordis. Poſtea ſucceſſiue beatiſſimus pr Dñicus poſt ordinis ↄfirmationem inſtituit monaſterium ſci Sixti de vrbe ad mãdatũ dñi pape Honorij. iij. In quo cẽtum ⁊ qnq; ſorores recluſit. Ab his ergo oia alia monaſteria ſoroꝝ ordis originẽ habuerũt. Et ſic ordo iſte ſoroꝝ: q ſecũdus ordo appellari põt: originẽ habuit a btõ Dñico. ¶ Eodem tpe btũs Dñicus multis claruit miraculis: ⁊ pmaxime qꝛ obſidẽte exercitu catholico tholoſam q̃draginta peregrini anglici in flumen ſubmerſi meritis eiuſdẽ vite ꝓtinus ſunt reſtituti. Profectus eſt itaq; beatus Dñicus cũ Fulcone epo Tholoſano ad dictũ ↄciliũ gñale: cũ quo adijt Innocẽtiũ papam petẽs vt ſibi dignaret ↄfirmare ordinẽ q pdicatoꝝ diceretur ⁊ eẽt. Qui cũ ſtatiꝫ nõ acqeſceret: nocte viſum eſt eidẽ pontifici in ſõnis ꝙ lateranẽſis eccleſia graue ſubito minaret ruinã. Qđ dum timens aſpiceret: ex aduerſo vir dei Dñicus occurrebat: hũeriſq; totã illã caſuram fabricã ſuſtẽtabat. Euigilãs aũt ⁊ viſionem

ſionem intelligẽs:petionẽ viri dei hylariter acceptauit:hortãs vt ad frẽs ſuos rediẽs regulã aliquã approbatã ſibi eligerent:⁊ ad ipm rediẽs ↄfirmationẽ ad libitũ reportaret.Erat aũt tunc tpis btũs Dñicus annoꝝ.xlv.Eodẽ tpe cũ Innocenti⁹ papa q̃dam ſcripta dirigere vellet ꝑ negocijs fidei ad ptes tholoſanas deliberauit ſup his ſcribere btõ Dñico ⁊ his q cũ eo erãt.Accito aũt notario ait.Sede ſcribere ſup his fri dñico ⁊ ſocijs ei⁹ in hec v̄ba.Et ſtans paululũ ait.Noli ſcribere ſicut ꝑdixi:ſꝫ ſic fri Dñico ⁊ cũ eo ꝑdicãtib⁹i ptibus tholoſanis ⁊c̃.Et aliquãtulũ plus ↄſiderãs dixit.Scribꝫ ſic.Mgr̃o Dñico ⁊ fratribus ꝑdicatorib⁹⁊c̃.Et ex tũc ceperũt vocari noie iſto qd os dñi nominauit tã in curia q̃ꝫ alibi.Per illud tps dũ beat⁹ Dñic⁹ Rome in eccl̃ia ſci Petri oraret:apparuerũt ei btiſſimi apl̃i dei petrus ⁊ paulus:quoꝝ beat⁹ Petrus baculũ:beatus v̄o Paulus librũ porrigebãt dicẽtes.Uade ꝑdica q꞉ ad hꝫ miniſteriũ es electus.Reuerſus eſt igiꝫ beat⁹ Dñicus ad frẽs ſuos tholoſe cõſiſtentes.Erant aũt frẽs nũero.xvj.Quoꝝ iſta ſunt noia.vꝫ.Fr̃ Manes eius frater carnalis:fr̃ Petrus ⁊ fr̃ Thomas ambo de Tholoſa nobiles ⁊ germani:fr̃ Mattheus:fr̃ Gometi⁹:frater Michael:fr̃ Dñicus:fr̃ Bertrãdus:frater Joãnes:fr̃ Laurentius:fr̃ Tãcredus:frater Otto:frater Henricus:fr̃ Gregorius frater Albert⁹:fr̃ Otherius ↄuerſus.Quos ↄuocãs apud pruilianuꝫ:iuocato primũ ſpũſcõ regulam bti Auguſtini doctoris ⁊ ꝑdicatoris egregij:ipſi pariter re ⁊ noie ꝑdicatores futuri vnanimiter elegerunt:quaſdã artioris vite ↄ̃ſuetudines:q̃s ſibi per formam ↄſtõnum obſeruãdas ſtatuerũt inſup aſſumentes.Electa aũt regula beatus Dominicus Romã rediens inuenit Innocentium papam apud Peruſium defunctum:⁊ Honorium tertium electum:a quo ordinis confirmationem impetrauit.

¶ De habitu fratrum Predicatoꝝ:dato per beatã Uirginem ⁊ de ꝓphetia abbatis Joachim:⁊ de inſtitutione fratrum ⁊ ſororum tertij habitus ⁊ ſocietate Roſarij. Cap.ij.

Anno itaq꞉ dñi.M.ccxvj.xj.kalendis Januarij in craſtino ſci Thome apl̃i Rome apud ſcm̃ Petrũ ordo fra

truz predicatoz eſt ꝯfirmatus:pōtificat⁹ dñi Honorij pape.iij. anno pmo.Eodem tpe data fuit eccleſia ſcti Sixti a dño papa Honorio.iij.btō Dñico:in qua ipſe cuz ſuis fribus morabatur. In qua poſtea de mādato eiuſdē ſorores recluſit:z pro frib⁹ habuit eccleſiam ſcē Sabine in monte auētino. Et tūc tpis itrauerūt ordinem multi viri litterati:z multi ex curialibus z curie officialibus. Nec eſt ptereūdū ꝙ ꝯfirmatione ordis habita btūs Dñicus z alij pmitiui frēs habitū quem mō hēmus non ſtatim deferre ceperūt:ſed ſuppelliceis vſi ſunt ad modū canonicoꝝ regularium:cui⁹ ordis fuerat btūs Dñicus vſqꝫ ad ingreſſuz magrī Reginaldi decani ſci Aniani aurelianēſis ad ordinē nrm:q ipſo anno ꝯfirmationis ingreſſus eſt.Huic magro Reginaldo grauiter decūbenti:z a medicis deſpato nocte quadaz btā vgo apparens ſalutari vnctione punxit eū atqꝫ ſanauit:eiqꝫ habituz ordis oñdens/ait.En habit⁹ ordis tui. Qua reuelatione facta:frēs habitu ordis celit⁹ ſignato vti ceperūt. Venerabilis aūt abbas Joachim floriacenſis ordis inſtitutor fribus ſuis habitū quem dictus magr Reginaldus a btā vgine accepat prophetice demōſtrās in quodā monaſterio ſui ordis:qđ eſt Calabria:depingi:z ēt in eccleſia ſci Marci de Venetijs ope muſico fieri fecit/dicēs.Cito ſurget in eccleſia dei nouus ordo docētiū: cui perit vnus maior z cuz eo z ſub eo erūt.xij.pſatuz ordinē regētes.Qꝛ ſicut Jacob pᷓiarcha cuz.xij.filijs igreſſus eſt egyptū ſic ipſe cum.xij.illis in illo ordine poſt ipm igredienſ z illuminabūt mūduz.Stāte iſta pphetia:timeo eos peccaſſe q cām et occaſionem dederūt vt p puinciaꝝ diuiſionez hic ppheticus z aplicus numerus ab ordine tolleret.De mādato aūt dñi Honorij pape btūs Dñicus in aplico palatio legit ſolēniter z publice in cathedra vt magr in theologia excellentiſſimus eplas bti Pauli z euāglm ſci Matthei gratioſiſſime:z poſtilauit:z ex hͦ appellat⁹ fuit magr ſacri palatij:z frēs ſui ordis vſqꝫ in hodiernum diem tale offm pſequunſ.Et eodem tpe Rome tres mortuos ſucceſſiue reſuſcitauit.vꝫ.architectū muri ruina ꝯtritum: z filiuz dñe cuiuſdā romane:z Neapoleonē nepotem dñi Stephani de

phani de foſſa noua cadinalis:exñtibus pñtib⁹tribus cardina/
libus ꝛ eoꝝ familijs.Diuina ꝑterea ꝓuidētia btm̄ Dñicuꝫ ſm
ꝙ de btō Job ſcriptū eſt.v.ca.ſcieſqꝫ ꝙ multiplex erit ſemē tuū
ꝛ ꝓgenies tua vt herba terre:nobili ꝓle ſecūdauit.Diſpergente
nāqꝫ btō Dñico frēs ſuos tanq̄ꝫ quoſdā radios:imo q̄daꝫ lumi
naria vbiqꝫ terraꝝ ceperunt in breui tpe copioſe multiplicari.
Eodem tpe duꝫ p totā Italiā ꝛ ēt p ptes tholoſanas hereticoꝝ
ꝛ eoꝝ credētiuꝫ pfidia intantū diffuſa eſſet ꝙ q̄ſi nullus catho
licus eis poſſet reſiſtere:adeo ēt iura eccleſie a laycis fuerāt oc/
cupata:ꝙ pōtifices ꝛ clerici mēdicare cogebant.Inſup ꝛ vene
noſa hereticoꝝ veſania adeo multoꝝ ꝛ potētiuꝫ aios ſubuerte/
rat:ꝙ ſine magna fidelium multitudine nō poterāt coherceri
qn ſuos errores publice ꝑdicarēt ꝛ in ſcholis docerēt.Volens
igit feruētiſſimus fidei zelator btiſſimus pr Dñicus tam bona
ꝛ iura eccleſie defendere:q̄ꝫ hereticoꝝ venenoſa figmēta dete/
gere:aduocatis qbuſdā viris fidelib⁹ſibi deuotis cepit cum eis
de eccleſie defenſiōe ꝛ de heretica pfidia extirpāda tractare. Et
vt cōpetentius talia pficere poſſet:inſtinctu ſpūſci cogitauit no
uuꝫ ordinē catholicoꝝ laycoꝝ facere in pnia viuentium:q eum
adiuuarent ad hereticoꝝ pfidiā abolendā:ꝛ eccleſiā ꝛ fidem ca
tholicā defendendā.Et quos volūtarios iueniſſet:faciebat eos
iurare ꝙ oia bona ſua ꝛ vitā corpalem pro his exponerent. Ea
ꝓpter cum multos tales iueniſſet:eos frēs de militia Jeſu xp̄i
appellauit.Et vt vxores eoꝝ eos nō ipedirēt:faciebat ēt eas iu
rare ꝙ in negocio eccleſie ꝛ fidei defenſande nulluꝫ maritis ꝑ/
ſtarent ipedimētuꝫ.Vt aūt tales merito ab alijs diſcernerentur
tam viris q̄ꝫ eoꝝ vxorib⁹habituꝫ albū ꝛ nigrū ꝯtulit:ꝛ eis cer/
tum numeꝝ oronū indixit:cum qbuſdā ieiunijs ꝛ alijs abſtinē
tijs:frēſqꝫ ꝛ ſorores de militia Jeſu xp̄i appellauit.Igit cuꝫ mi/
niſterio bti Dñici ꝛ alioꝝ frūꝫ ꝑdicatoꝝ auxilioqꝫ ꝛ armis mi/
litū militie Jeſu xp̄i heretici fuiſſent q̄ꝫplurimū debellati ꝛ de/
ſtructi:intantū ꝙ canonizatiōe bti Dñici ꝓbatū fuit:ꝙ pluſq̄ꝫ
centū milia hereticoꝝ p doctrinā merita ꝛ miracula bti Dñici
fuerāt ad fidem ꝯuerſa in Lōbardia:poſt obitū bti pris Dñici

z eius ſolēnem canonizationē viſum eſt taz patribus ordinis ꝙ̄ ipſis ꝯfratribus militie Jeſu xp̄i ad honorem bti Dñici ſui inſtitutoris mutare nomen militie in nomē pnie: z appellari voluerūt frēs z ſorores de pnia bti Dñici. Qui ſub vtroqꝫ noīe z titulo diuerſa priuilegia a ſede ap̄lica habuerunt: z nouiſſime p d. Jnnocentiuꝫ papā. viij. iſte ordo fuit pleniſſime ꝯfirmatus: z gaudet oibus priuilegiis qbus gaudent frēs ordinis. Et ſic beatiſſimus pr̄ Dñicus tres ordines inſtituit z fundauit ad laudeꝫ pr̄is z filij z ſp̄ūſci. ❡ Hoc ēt tpe btūs Dñicus inſtituit ſocietatē pſalterij ſeu roſarij btē v̄ginis: in qua ſcribebat z ſcribi faciebat inumerabiles pſonas: ſequentibꝰ mirabilibꝰ ſignis z pdigijs vbicūqꝫ illud per ſe vel p frēs ſuos p̄dicabat: z fructus copioſiſſimus aiaꝝ quottidie ex tali mō orandi pcedebat.

❡ De receptione ꝯuētuuꝫ bononiēſis z pariſiēſis: z primis capitulis gn̄alibꝰ: z obitu bti Dñici z magr̄i Reginaldi. Ca. iij.

Anno dn̄i. M. cc. xvij. fribus p̄dicatoribus data eſt domus ſci Jacobi pariſius a magr̄o Joāne decano ſci quītini z vniuerſitate pariſiēſi. Jnde miſſus fuit frater Petrus cellani lemonicēſ: vbi factus eſt primus ꝯuentꝰ frācie. Et ſtatim poſt miſſi ſunt frēs remis z aurelianis: z eodē anno conuentus ibi receperunt. ❡ Anno dn̄i. M. cc. xviij. miſit btūs pr̄ Dñicus frēs de Roma Bononiā: z primo habitauerunt apud eccleſiā ſcē Marie de maſcarella: z poſtmodū habuerunt eccleſiam ſci Nicolai. Et p̄dicāte ibidem frē Reginaldo q vicarius erat bti Dñici mſti magni z lr̄ati viri archidiaconi/decani/abbates/priores/doctores oiuꝫ facultatū ordinem itrauerūt. Frēs quos bononie fuerūt magr̄ Rolādus cremonēſis ſūmus pħs: q primus pariſius ex fribus in theologia rexit: z ſūmā glorioſaꝫ cōpilauit in pħia z theologia. ❡ Jtē fr̄ Joānes theotonicus q fuit poſtmodū ep̄s boſſinēſis: z demū magr̄ ordis. iiij. de quo infra dicet. Magr̄ etiam Clarus q penitētiarius pape exiſtens z regens in iure canonico ordinem itrauit. Magr̄ quoqꝫ Moneta famoſiſſimus in toto orbe terraꝝ: q ſūmā theologie cōtra hereticos cōpilauit. ❡ Anno dn̄i. M. cc. xix. btūs Dñicus iuit

in hyſpaniam

In hyſpaniam:z ibi duos ↄuentus recepit.Et inde venit Tho
loſam deinde Pariſius.Et paucis diebus ibidem morā trahēs
inde receſſit verſus Italiam iter ſuū dirigēdo.Et cū eſſet apō
cathalanuz puerū mortuū reſuſcitauit:z matrem eius a q̄rta/
na liberauit.Poſtmodū veniens Bergomuz ibidem aliquot
diebus māſit.Poſtmodū iuit bononiam z inde Romā.Quo
tpe miſit frēm Reginaldū bononiaz:q multos inſignes viros
ad ordinē recepit vt p̄dictū eſt.Deinde venit btūs Dn̄icus bo
noniaz:z miſit inde frēm Reginalduz pariſius/iam antea a re/
gina celi perunctuz.Qui pariſius veniens Jeſum xp̄m z hunc
crucifixum p̄dicabat verbo pariter z exemplo.Ubi paulopoſt
obdormiens in dn̄o:in eccleſia ſcē Marie de cāpis ſepultus eſt:
q: frēs ius ſepulture nōduz hēbant.Hic vir btiſſimus frēz Jor
danuz theotonicū eo tpe ad ordinē receperat:q tūc tpis Pari/
ſius erat ſacre theologie bacalarius.¶ Item frēm Robertum
anglicum:q poſtea fuit cardinalis:frēm Guilelmuz paraldum
lugdunēſem poſtea ep̄m:q cōpoſuit ſūma virtutum z vitioꝝ z
ſermones p totuz annū:frēm Brocarduz theotonicū:q deſcri/
pſit loca terre ſcē:z multos alios viros inſignes.¶ Anno dn̄i
M.ccxx.celebratuz fuit primum capl̄m gn̄ale Bononie a bea
tiſſimo p̄re Dn̄ico.In quo diffinierūt qnq3 ſoli diffinitores iu/
xta numeꝝ ꝓuinciaꝝ.ſ.hyſpanie/Tholoſane/Francie/Roma/
ne/z Lombardie:q diffinitores hēbant plenam auctem ſup to
tum ordinē.Et in hoc caplo renūciauerūt poſſeſſionib⁹ oibus
quas hēbant.Et q: dn̄s Hyldericus galliciani donauerat con
uētui bononiēſi poſſeſſiones pretij libraꝝ qnq3 miliū bononiē/
ſium quas frēs retinuerāt:voluit btūs Dn̄icus z totuz capl̄m
ꝙ eidem redderent.Qđ z factū eſt:laceratis chartis donatio/
nis facte.Uoluit aūt in eodē caplo btūs Dn̄icus z totū capl̄m
ordinare ꝙ frēs ↄuerſi hērent curam reꝝ tpaliuz:vt clerici ſtu/
dio/lectioni z p̄dicationi vacarēt.Sed diffinitores nō ↄſenſe/
runt:allegātes ꝙ ordo grandimōtenſium pp ſimilem ordina/
tionē fuerat deſtructuz.Quibus btūs Dn̄icus humilr̄ ↄſenſit.
Ordinauerūt ēt ꝙ ſiqs in p̄dicatione eſſet vtilis z fructuoſus:

In aliis officiis nō occuparet. Tunc tpis erant in pūincia Lō/bardie ſex famoſi ɔuent⁹. vʒ. Bononienſis: Bergomēſis: Me/diolanenſis: Placentinus: Brixienſis: ꝛ Cremonēſis: ꝛ plura alia loca inchoata. Diſcurrit aūt poſt capl'm iſto anno btūs Do minicus per plana Italie: vbi plures ad ordinē traxit: maxime aūt frēm Paganū bergomēſeʒ: poſtea chriſti martyrē egregiū: frēm Albertum cognomēto magnuʒ ob magnitudinē ſciaꝝ in ordine acqſitaꝝ dū iuuenis Padue ſtuderet. Frēm quoqꝫ Ioā nem Uicentinū: qui cognominatus eſt ſcūs: ꝛ totā Lōbardiaʒ ſuis ꝑdicationibus cōmouit. Nam duʒ ꝑdicaret actu viſus eſt angelus dñi ſepius q ei loquebaꝛ ad aurem. Aliqñ ſtella fulgida ſup eum apparebat: aliqñ ꝟo crux in aere ſup eum a cūctis aſſi/ſtentibus videbaꝛ. Hic ēt fuit apud Lombardie ciuitates tāte auctis: ꝙ eo tpe quo adinuicē ob ꝑtialitates diſcidebāt: ꝛ mor/tales guerras mutuo faciebāt: in eum pacis ɔditionē poſuerūt: ꝛ ſicut ipe ordinauit ita acceptauerūt. Hoc ēt tpe btūs Dñicus bis panes multiplicauit Bononie: ꝛ angeli in forma iuuenum panes ꝛ ficus fribus detulerūt. ¶ Hoc tpe delate fuerūt queri/monie ad btm̄ Dñicuʒ ꝙ frēs tholoſani nolebāt accipe habitū btē ꝟginis: ꝛ poſſeſſiones ꝛ caſtra que habebāt/ꝑut ordinatuʒ fuerat in ꝑcedenti capl'o gñali/dimittere recuſabāt. Tūc beatus Dñicus aucte aplica miſit ad illas pres: eos cōpelli faciens ad ſupraſcripta obſeruāda. Qui Romanū pontificem appellātes venerūt Bononiam cuʒ eqtaturis ꝛ magnis pecuniis. Qd̄ au diens btūs Dñicus caute faciens ingri equos per hoſpitia eos illis abſcondit: ꝛ oēm pecuniam quā hēbant eis auferēs cōpu/lit eos redire tholoſam: nec voluit ꝙ capl'o q nūc celebrari de/bebat intereſſent. Pecunias aūt equoꝝ quos vēdi fecerat ꝛ aliaʒ a fribus acceptas pro capituli ſubſidio reſeruauit. Et ſic illi ɔfu ſi habitū aſſumpſerūt: ꝛ poſſeſſiones ſororib⁹ monaſterii de pru/liano dederūt. ¶ Anno dñi. M. ccxx. btūs Dñicus celebrauit ſcōm capl'm gñale bononie: in quo ɔfirmatū fuit qd̄ in ꝑceden ti capl'o fuerat ordinatū de poſſeſſionibus dimittendis: qd̄ ꝛ fa ctum eſt: ꝛ totus ordo ordinationē hanc acceptauit. In eodem

capl'o

caplo diuiſus eſt ordo in octo puincias.vz.Hyſpaniam:Tholo
ſam:Fráciam:Lombardiam:Romaná:Prouinciam puincie:
Theotoniam z angliá.Et erát in totū circiter puentus.x.in or
dine.Et fr Jordanis ſupradictus:q nōduz cōpleuerat annū in
ordine factus fuit puincialis Lōbardie.Frater quoqz Petrus
de Verona q poſtea fuit ſanct9 Petrus martyr glorioſus a btō
Dñico exiſtés annoz.xiiij.ad ordinem eſt receptus.Poſt iſtud
caplm btūs Dñicus p marchiam teruiſaná diſcurrens multos
puentus fundauit.Deinde Venetias pfectus dñm Ugolinuz
cardinalé legatuz viſitauit:z ibidé puentuz pro ordine accepit
apud eccleſiam ſci Martini in regione caſtelli:z in ipſa ciuita/
te pluries gratioſiſſime pdicauit.Poſtmodū reuerſus bononiá
grauiter infirmatus a cōfirmatione ordinis anno.v.M.ccxxj.
die.v.Auguſti.ad dñm feliciter migrauit.Anno natiuitatis ſue
lj.pontificatus dñi Honorij pape.iij.anno.v.z Bononie ſepul
tus eſt.Fuit aūt naturalis forma corpalis bti Dñici ppulchra
valde.Et vt reuelatuz fuit btē Catherine ſenēſi fuit multuz ſi/
milis corporali forme dñi Jeſu xpi. Erat enim ſtatura medio/
cris:facies ei9pulchra valde pauliſper rubés:ſemp hilaris ſem
per iocūdus.Vox eius quaſi tuba:manus hēbat longas. Erat
aūt aliqualr macilētus z multū agilis.Corona capitis ei9ruffa
paucis canis reſperſa/tota itegra:lz circa finé fuerit aliqualr cal
uus.Barbam hēbat rubeá:z in oibus ſui corporis ptibus val/
de cōpoſitus z morigeratus.Cōtingit aūt in dieb9 illis Reue/
rendiſſimū viruz dñm Ugolinuz cardinalé hoſtienſem aplice
ſedis legatū in Lombardia:q poſtea fuit ſūmus pōtifex:z Gre
gorius.ix.appellatus eſt Bononiam/dño ordinante aduenire.
Propter qd multi z magni viri z eccleſiaz prelati aderát tunc
pñtes.Hic cognita bti viri morte aduenit:z offm miſſe perſol/
uens:corpus eius ſanctū cuz digna deuotione ſepulture máda/
uit.Nouerat qdem ſanctam eius puerſationem in dño:z ſpáli
eum dum viueret ſibi aſtrinxerat a moris amplexu.Qui etiam
preſens extiterat:qñ idem pr ſanctus Rome Neapoleonez dñi
Stephani cardinalis nepoté a mortuis orádo ſuſcitauit. Ade/

rat nāq₃ cū₃ ꝑdicto legato Reuerēdiſſimus patriarcha aquilegienſis: pluresq₃ epī ⁊ abbates:alioꝝq₃ ꝑlatoꝝ multitudo non parua:qui oēs eius ſacro funeri interfuerūt:⁊ dictus Reuerendiſſimus cardinalis eum ꝓꝑijs manibus ſepeliuit. De quo ſanctiſſimo patre extat epythaphium tale.

Religionis apex ⁊ princeps ꝑdicatorum
Hic eſt Dominicus:prima ꝑmia tenens:
Cuius habet corpus celebris Bononia ſanctum.
Inſuper Hyſpania lac dedit ore ſibi.
Uirgo fuit:preſtans doctor/ſacreq₃ ſophie:
Progenie nitens/claruit eloquio.

Quo tpe qdam fr̄ Bernardus bononienſis demoniacus multum frēs vexabat. Cuius grauis vexatio fuit vna de cauſis qb⁹ moti frēs Salue regina poſt cōpletoriū₃ decantari inſtituerunt apud Bononiam:⁊ inde ꝑ totū orbem illa deuotio glorioſiſſime v̄ginis eſt diffuſa. Eodem anno fr̄ Paulus vngarus cum quattuor ſocijs miſſus fuerat ad vngariam ad ꝑdicandu₃. Hic actu erat legens in iure canonico qn̄ itrauit in ordine₃. Hi igit̄ totam ꝓuincia₃ peragrātes magnū fructū fecerūt in ꝑplo. Et multiplicatis ibidē fratrib⁹ miſſi ſunt aliq a dicto fratre Paulo in terrā que ſtructiu₃ dr̄:quā heretici ⁊ ſciſmatici icolebāt. Ubi poſt multas tribulationes tandē dn̄o largiente mirabilr̄ ꝑfecerunt. Et tādem dictus frater Paulus martyrio eſt coronatus in dalmatia/igne cōbuſtus. Deinde memores dicti frēs deuotionis bt̄i Dn̄ici q ire volebāt ad ꝑdicādu₃ cumanis:q nullam penitus dei notitia₃ hēbant:ordinauerūt mittere frēs ad dictā terram. Quā ingreſſi ſed exire cōpulſi ⁊ denuo regreſſi ad eā ꝑdicare ceperunt. Et duobus ex ipſis ab infidelibus martyrio coronatis:alij in ꝑdicationis officio pſeuerātes ꝯuerterūt ꝑmo ducem vnū ex ipſis/noīe Burchi:qui in fidei xp̄iane ꝓfeſſione deceſſit. Poſtea v̄o aliu₃ ducē maiorem noīe Bribrech cū mille de familia ſua:quem rex Ungarie Andreas de ſacro fonte leuauit. Qui ſlr̄ ſuſceptis ſacr̄is eccleſie fidelr̄ deceſſit. Frēs igit̄ pſeuerantes ibidem fructū maximū fecerūt ⁊ ꝯuētus ceperūt.

Cum hec

Cum hec agerentur: ⁊ feruor fratrum magis ad ↄuerſionez pa ganoꝝ accreſceret: dei occulto iudicio venenuz tartaroꝝ exer/ citus: q̄ nō ſolum p̄dicationē p̄dictā īpediuerūt: veꝝ ēt circi/ citer nonaginta frēs ad regnuz celeſte p coronā martyrij tranſ/ miſerūt. Poſt tartaroꝝ aūt expulſionē miſſi ſunt alij frēs: q̄ in/ defeſſe dei verbū p̄dicātes multa milia ex eis ↄuerterunt ⁊ ba/ ptizauerūt. Item miſſi fuerūt a dn̄o papa in Boſina ⁊ Dalma tia frēs ad hereticos ↄuertēdos. Qui p̄dicationi ⁊ diſputatio/ nibus īſiſtētes multos hereticos ad finē ↄuerterūt: lȝ aliq̄ frēs ab eis martyrio coronati fuerint: ⁊ duo ↄuētus ordis quos ibi hēbamus igne cremati ſunt. In partibus ēt trāſmarinis multi frēs miſſi ad p̄dicanduz ibidem a ſaracenis martyrio coronati ſunt. Inter quos paſſus fuit patriarcha Anthiocenus qui erat ordinis noſtri cum ſex fratribus in captione Anthiochie. Fra/ ter etiam Guido de longimella vir deuotus ⁊ ſanctus in eiſdeȝ partibus cum vno ſocio paſſus eſt martyrium.

¶ De maḡri Jordano ſecundi ordinis maḡri gn̄alatu ⁊ trāſla tione ac canonizatione beati Dominici. Cap.iiij.

Anno dn̄i.M.ccxxij. frater Jordanis Theotonicus de ꝓuincia Saxonie ⁊ ipſe natione ſaxo de villa que dicit borterge dyoceſis magūtine verus iſraelita electus eſt in ſecūdum maḡrm ordis in cap̄lo gn̄ali pariſius celebrato. Erat enim tunc ꝓuincialis lōbardie. In hoc cap̄lo ordinatuȝ fuit vt frēs mitterentur ad partes vltra marinas. Et iter alios miſſus fuit frater Brocardus: de quo ſupra: q̄ fecit deſcriptionez terre ſcē ⁊ ſūmā Brocardi. Et ibi ↄſtructi fuerūt plures ↄuētus. vȝ. aconenſis vbi btūs Jordanis regeſcit: hieroſolymitanus: da/ maſcenus: bethleemita: ⁊ nazareus. Sub hoc maḡro fuit ordo merito ⁊ numero dilatat⁹. Qui fere annis.xv. optime regens ⁊ dirigens ordinē: mille frēs ⁊ amplius manu ſua ferꝭ ad ordinez recepiſſe: ⁊ habitū īduiſſe. Migrauit aūt ad xp̄m āno dn̄i.M. ccxxxvj xij. die Fabruarij multis clarēs miraculis. ¶ Anno dn̄i.M.ccxxiiij. mēſe Auguſti in vigilia bti Laurētij venerūt frēs primo in magdebur ciuitatē ſaxonie miſſi in cap̄lo pariſiē/

ſi z magro Jordane ad petitionem Reuerēdiſſimi.d.archiepi magdeburgēſis z quorūdā alioꝝ epoꝝ z nobilium: z ſcdo āno ītroitus frīz pmū puinciale capl'm eſt ibidē celebratū ſupueniē tibus tm̄ decē frib⁹ extraneis: qr in puincia theotonie tm̄ quat/tuor ɔuētus erāt.ſ.friſacēſis: coloniēſis: argētinenſis: z magde/burgēſis. ¶ Anno dñi.M.ccxxvij.mortuo Honorio papa.d. Grego.ix.qui antea dñs Hugolinus hoſtiēſis appellabatur: de quo ſupradictū eſt in pōtificali cathedra ſublimatus eſt: z ſedit annis.xiiij. Eodē anno in gñali caplo tertio pariſius celebrato ſub magro Jordane erāt ſupaddite puincijs iam dictis alie qt tuor prouincie.ſ.polonia: datia: grecia: z terra ſcā. Et ſic ordo a ſua ɔfirmatione anno.xj.erat diuiſus in.xij.puincijs.ſ.Hyſpa/niam: Frāciā: Lōbardiā: Romanā: puinciā puincie: Theoto/niam: Ungariā: Angliā: Poloniā: Daciā: Greciā: z Terram ſanctā. Anno dñi.M.ccxxxiij.crebreſcētib⁹ p totā Jtaliam ſcti Dñici euidētib⁹ miraculis: fideliuꝫ duxit deuotio corpus ſci pa/tris humili loco repoſitū ad altiorē locū debito cū honore trāſ/ferre. Facta eſt ergo hec trāſlatio in caplo gñali Bononie poſt annos.xij.a ſepultura viri ſci. Ad quā trāſlationē ɔuenerūt de mādato dñi pape Gregorij viri reuerēdiſſimi.vꝫ.archieps ra/uēnas z eps mutinēſis poſtmodū ſabinēſis Brixienſis z torna/cēſis: necnō z magr ordis dulcis pi Jordanis cuꝫ diffinitorib⁹ capli: poteſtas quoqꝫ bononiēſis cuꝫ multis bononiēſibus alia/rūqꝫ ciuitatuꝫ nō paucis ciuibus honoratis cuꝫ fratribus z cle/ricis laycíſqꝫ affuerūt. Ex cuius ſacris oſſibus tāta pdijt odo/ris fragrātia: qꝫ non defuncti cadaueris theca ſed pigmentoꝝ z odoramētoꝝ oium apotheca patuiſſe videret. Oſtēdit ēt dñs multa miracula in eadē trāſlatione ad laudē z honorem ſci ſui: anno dñi quo ſupra: pontificatus vo dñi Gregorij.ix.anno.vj.a ɔfirmatione aūt ordinis anno.xvij.a trāſitu vo btī Dñici.xij. Sit ergo p oia bñdictus de⁹. Eodē anno ɔſtitut⁹ Peruſij pre/fatus dñs Gregorius papa pñtib⁹ archiepis z epis aliarūqꝫ ec/cleſiaꝝ prelatis multis fidelē xpī famulū btm̄ Dñicuꝫ ſanctoꝝ cathalago ſolēniter canonizando aſcripſit: perhibens tale de eo

teſtimoniuꝫ

teſtimoniū:q̄ ita dubitabat de ſcītate eius ſicut de ſcītate beatiſſimoꝝ aplorū Petri ꝛ Pauli:q̄ vt predictū eſt magnā familiaritatē adinuicē habuerāt. Cōſumatū eſt ergo totū canonizationis offm̄ apud Peruſiū ſolēniter anno ꝛ tpib⁹ p̄ſcriptis ſub Reuereñ. ꝛ ſciſſimo p̄e magr̄o Jordane gn̄ali ordis magr̄o. ij. ꝛ directe ſunt lr̄e ap̄lice p oīa regna eccl̄ie hoc atteſtātes: in qb⁹ ipſius vite ſinceritas ꝛ glorie ſublimitas xp̄i fidelib⁹ declarat.

¶ Eodē tpe dn̄s Gregorius. ix. p totū orbē inſtituit inqſitores de ordine p̄dicatoꝝ: ꝛ ſup totā Lōbardiā inſtitutus fuit frater Guidotus de ſexto: q̄ infinitos quaſi hereticos cōburi fecit: ꝛ bona eoꝝ ꝯfiſcauit. Propter qđ factus eſt timor magnus in populis. Jn p̄uincia Tholoſana fr̄ Lambertus idem ꝯſtantiſſime peregit. Frater ēt Corādus inqſitor in alemania: cum ꝯtra hereticos publice p̄dicaret ꝛ ſubtiliſſime diſputaret: ab eis captus ꝛ in ꝯfeſſione vere fidei ꝑſiſtens: martyrio coronatus eſt: fuſo p Chriſti nomine ꝛ fide catholica ſanguine innocentiſſimo.

¶ Beatus quoq̄ Paganus bergomenſis inqſitor Cumanus vir doctiſſimus ꝛ ſcītiſſimus martyrio coronatus eſt ab hereticis in valletellina dioceſis cumane: cui⁹ ſacrū corpus requeſcit in altari maiori eccleſie fr̄ū de como: ꝛ maximis claruit miracul. ¶ Btūs quoq̄ Bernardus ſerra p mediū ſecatus ꝛ in ignē piect⁹/martyr dei effectus eſt. ¶ Beatus quoq̄ Frāciſcus de tholoſa ſpinis coronat⁹ ab hereticis: ꝛ ab eis ſagittatus/martyrium cōpleuit. ¶ Btūs ēt Nicolaus de Ungaria ep̄s ꝛ inqſitor fuit decoriatus. ¶ Btūs Berengarius archiep̄s carcouie in latere dextro vulnerat⁹ p chriſti fide occubuit. ¶ Btūs Joannes de Ungaria ep̄s ꝛ inqſitor/lapidat⁹ ꝛ enſe trāſfixus: martyr chriſti effectus eſt. ¶ Btūs Sadoch cū quadraginta octo frib⁹: q̄ in gutture trāſfixi/martyriū cōpleuerūt. ¶ Btūs Boninſegna florētinus/ſerra a capite vſq̄ ad aures ſecat⁹/martyr effectus eſt. ¶ Btūs quoq̄ Paulus ꝛ Bartholomeus ceruerius inqſitores in ꝯuētu Sauiliani/ab iniqs pro fidei defenſione iterempti ſunt. ¶ Jn Boſina fr̄es triginta duo ſubmerſi in flumine a turcis martyres xp̄i effecti ad oñdendam eoꝝ gloriā

quolibet anno in die paſſionis eoꝝ apparebant triginta duo lu⸗
minaria in eodē loco fluminis/vbi fuerāt ſubmerſi. ¶ In tho
loſa ſex frēs ab hereticis fuerūt decapitati:q ſumētes capita ſua
in manibꝰ ſic ad ꝯuētuꝫ regreſſi ſunt. ¶ Fr̄ Adrianus magr̄ ⁊
pꝛoꝛ cū.26.fribus a turcis pallis infixis martyrio coꝛonati ſunt.
¶ Anno dñi.M.ccxxiiij.celebꝛatū fuit pꝛimū capl̄m gn̄aliſſi⸗
mum Pariſius ſub magr̄o Joꝛdane.Eodē anno natū eſt maxi
muꝫ lumē mūdi.ſ.ſcūs Thomas de aquino. ¶ Anno dñi.M.
ccxxv.factum eſt ſextū capl̄m gn̄ale Bononie:⁊ eodē anno re⸗
cepti fuerūt ad oꝛdinē dn̄s Ugo:q poſtea fuit pꝛimus oꝛdis car
dinalis:⁊ totā bibliam pꝛimus poſtilauit:⁊ alia pꝛeclara opa fe⸗
cit.Itē fr̄ Umbertus q fuit poſtea magr̄ oꝛdinis.Item fr̄ Pe⸗
trus de tharāthaſio burgūdus q poſtea fuit in papā aſſumptus
⁊ Innocentius.v.appellatus. ¶ Sub iſto magiſtro Joꝛdane
fratres pꝛimo fuerunt licentiati pariſius ad legēdum:⁊ ipſe pꝛi
mus fuit qui litteras a capl̄o gn̄ali ad ꝓuincias oꝛdinis mittere
cepit.Scripſit idē pꝛ ſup apocalypſim poſtillā gratioſam.Iteꝫ
ſup Lucā poſtillā ſolēnē ⁊ notabilē:quā gratioſiſſime legit.Itē
ſermones ad ppl̄m.Itē epl̄as exhoꝛtatoꝛias ad plures.Iteꝫ de
trāſlatione coꝛpis bti Dn̄ici:cui ipſe iterfuit hyſtoꝛiā ppulchꝛā
⁊ elegātem.Scripſit ꝓterea de initio oꝛdis tractatū deuotum ⁊
pulchꝛuꝫ.Itē ſup Priſcianuꝫ minoꝛē.Item q̄daꝫ grāmaticalia
delicata.Sub iſto pr̄e oꝛdinē itrauit vir eximie lr̄ature ſup Joā.
de ſctō Egidio magr̄ in theologia ⁊ multi alij excellentes viri:
quoꝝ ſcripta vſqꝫ in hodiernum diem eoꝝ ſapiam ⁊ doctrinā
miniſtrāt.De hoc glorioſo patre ⁊ dulciſſimo vide librum qui
vitas fratruꝫ dicit̄ in tota tertia parte. ¶ Hoc tempore claruit
frater Bartholomeus tridētinus:q cōpoſuit legēdas ſcōꝝ.Et
frater Conſtantinus qui legendam bti Dn̄ici compilauit.

¶ De magr̄o Raymūdo oꝛdis nr̄i magr̄o gn̄ali.iij. Cap.v.

Anno dñi.M.ccxxxviij.Poſt trāſituꝫ bti Joꝛdanis ele
ctus eſt Bononie abn̄s in capl̄o gn̄ali in magr̄m oꝛdis
tertiuꝫ fr̄ Raymūdus natione cathalanus barchinonē
ſis.Beato ſiqdem maximo Joꝛdane ſtatuēte ad terrā ſcām pꝛo

ſciſci

ſciſci totius ordinis vicarium reliq̄t frēm Albertuʒ cognomē-
to magnū ꝓuincialem theotonie:⁊ regētem colonie. Cum aūt
dn̄s ip̄m btm̄ Jordanē ad ſe euocaſſet frater Albertus remāſit
ordinis vicarius:cōgregatis oībus ꝓuincialibus ⁊ electoribus
magnis viris Bononie in capl̄o gn̄ali:vt ordini de gn̄ali ma-
giſtro ꝓuiderēt ſciſma qd̄dam iter eos ſurrexit. Nam galli frēs
Ugonem magr̄m in theologia ⁊ ꝓuincialē Francie volebant
ad magiſterio ordis aſſumi:⁊ theotonici p̄ficere volentes ma-
gr̄m Albertū vicariū ordis adīuicē diſcordātes de loco electio-
nis receſſerūt/re infecta.Et facto prādio recedere volebāt.Qd̄
ſi ꝯtigiſſet deſtructio ordis ſecuta fuiſſet.Tādem deo volente ⁊
btā virgine ⁊ btō Dn̄ico pro ordine exortātibus inuicē conue-
nientes elegerūt venerabilē viruʒ frēm Raymunduʒ de pēna
forti virū inſignē in magr̄m ordinis.Et timētes q̄ nō accepta-
ret miſerūt ad eum viros īſignes cū ꝓceſſu electionis.Qui nul-
lo mō acq̄eſcere volēs/declarato eidem periculo ordinis/acce-
ptauit.Hic dum eēt Bononie:⁊ pſuaſiſſet cuidam ſcolari volē-
ti ingredi ordinē ne ingrederet̄ ⁊ ille ob hoc remāſiſſet:poſtmo-
dum ꝯſcia ductus ordinē loco illius īttrauit.Fuit ergo hic ſcūs
vir excellētiſſimus doctor in iure canonico:in quo multis ānis
rexit Bononie.Trāſeunte aūt ep̄o barchinonenſe per Bono-
niam cū magnis precibus euʒ ſecū ad patriam reduxit:⁊ cano-
nicū ⁊ p̄poſitū eccleſie cathedralis euʒ fecit . Ubi poſtmodū fe-
ria.vj.in paraſceue ordinē p̄dicatoꝝ eſt ingreſſus.Audita auteʒ
fama ſcītatis ⁊ doctrine ei⁹ dn̄s Sabinēſis cardinalis ap̄lice ſe-
dis legat⁹ euʒ lʒ renitētem in ſociuʒ legationis aſſumpſit:⁊ diu
ſecū tenuit.Cūq̄ʒ eum vellet Romam ſecum ducere:nullo mō
acq̄euit.Qui tamen Romam reuerſus multa de eo dn̄o pape
bona narrauit.Summus v̄o pontifex Grego.ix.l̄ras p̄cepto-
rias direxit:mādans ei ut ad ſe veniret.Qui obediens ap̄licis
l̄ris romam veniēs ab eodem pontifice fact⁹ eſt pniari⁹ ⁊ ꝯfeſ-
ſor pape ⁊ aduocatus ac expeditor cauſaꝝ paupeꝝ.Nec multo
poſt mandauit ei quatenus decretales in vno volumine com-
pilaret:quo in iudicijs ⁊ ſcolis nūc oēs vtunt̄.Qd̄ ⁊ fecit.Tan

dem pp vigilias ⁊ labores quos in curia ɔtraxerat maxime q᷑ nunq̄ȝ carnes comedere voluit:nec cibaria ordis mutare:i gra uem incidit egritudinē ⁊ magnā.A qua cuȝ Rome minime li berari potuiſſet:habita cū magna difficultate licētia ad ɔuētuȝ barchinonenſem rediit.Hic ſcūs pr̄ claruit miraculis in vita ⁊ in morte.Et factus magr̄ ordinē p biēnium ſapiētiſſime guber nauit.Hic ēt ɔſtōnes ordis in duas ptes diuiſit ſicut ſunt nūc: cū antea ſatis eſſent ɔfuſe.Cōpoſuit etiam ſūmā de caſibus val de vtilem:que ſūma Raymūdi appellaṫ.Cuȝ aūt p biēniuȝ or/ dinem rexiſſet glorioſe:in capl̄o gn̄ali pariſius allegās debilita/ tem ſuā gn̄alatui ceſſit.Quapp magna turbatio in ordine exor ta eſt:pp eius ceſſionē.Vn̄ ſtatutū fuit hoc in ɔſtōnib⁹ q̄ magi/ ſtri ceſſio nullo mō admitteret decetero:niſi pp ppetua ipedi/ mēta.Vixit aūt in ɔuentu barchinonēſi per.xxxv.annos poſt hāc ceſſionē:⁊ anno dn̄i.M.cclxxv. multis miraculis clarus: Nā.xl.mortuos legiṫ ſuſcitaſſe:⁊ etiaȝ cū regē argueret de ɔcu/ bina quā tenebat:q᷑ ɔfeſſor eius erat:vidēs eum obſtinatū/cuȝ alias recedere nō poſſet ppter regis inhibitionē:qui oēs vias obſeruari faciebat/cappā ſuam in mare piecit:⁊ facto ſigno cru cis ſup eam aſcēdit:⁊ ex aragonia vſq̄ȝ barchinonā ſup cappam ſuā ſtans/dn̄o ducēte/per mare peruenit.Tandem in feſto epy/ phanie domini migrauit ad Chriſtum.

¶ De magr̄o Joāne theotonico Magr̄o ordis nr̄i.iiij.⁊ dn̄o Vgone cardinali ⁊ btō Petro martyre. Cap.vj.

Anno dn̄i.M.ccxlj.poſt renūciationē magr̄i Raymūdi recluſis electorib⁹vt ordinatū fuerat per pcedētia capl̄a ſine cibo ⁊ potu donec magr̄m eligerēt pp ſciſma prece/ dentis electionis/electus fuit in quartū magr̄m ordis nr̄i in ca pitulo gn̄ali pariſius frater Joānes theotonicus quondaȝ ep̄s boſinēſis in vngaria:natiōe vueſphalus bremēſis dioceſis.Hic puincialis vngarie exiſtēs fact⁹ep̄s boſinēſis:ipetrauit ab ep̄a/ tu ceſionē nulla ſibi puiſione retēta.Poſtmodū effectus puin/ cialis Lombardie eligiṫ in magr̄m. Cūq̄ȝ renueret nec vellet acceptare allegās exceptiones ep̄atus:ecōtrario porrecta eſt lr̄a

domini

dñi pape Gregorij.ix.quã pp ipſum frẽs ipetrauerãt:que ipſuʒ totalr ordis obediẽtie ſupponebat. Igit cõpulſus ordinis magiſteriũ ſuſcepit:ꝛ tanq̃ʒ vir deo plenus ac in oi v̄tute ꝓſpicuus xij.annis cũ dimidio ordini p̄fuit:ꝛ virtutibꝰꝛ miraculis tam in vita q̃ʒ in morte clariſſimus argẽtine obijt pridie nonas nouẽbris ãno dñi.M.cclij.ꝛ illo ãno nõ fuit celebratũ gñale caᵐ ¶ Anno dñi.M.ccxlij.apud Auinionetũ tholoſane dyoceſis in camera comitis tholoſani martyrizati fuerũt pro fide xp̄i fr̄ Guilelmus Arnaldi de monte peſſulano ingſitor heretice prauitatis:ꝛ frater Bernardus de rupe forti:ac frater Garſias de aura oẽs de ordine p̄dicatoꝝ:q poſtmodũ multis claruerũt miraculis. ¶ Anno dñi.M.ccxliij.poſt biẽnalem vacationem ſedis apl̄ice electꝰeſt in papã Innocẽtiꝰ.iiij.natione ianuenſis:ꝛ ſedit ãnis.xj.ꝛ mẽſibus ſex. Hic p̄mo ãno ſui põtificatꝰfecit primũ cardinalem ordis frũʒ p̄dicatoꝝ frẽm Ugonẽ de ſcõ Theoderico ꝓuincialẽ francie:q fuit primus poſtillator totiꝰbiblie:ꝛ eaʒ tã excellẽter poſtillauit:ꝙ hucuſq̧ parẽ nõ habuit. Et fecit cõcordãtias biblie:que oĩa vocabula biblie facilime docẽt inueniri. Scripſit ẽt ſup q̃ttuor ſniaꝝ libros. Item libruʒ quẽ ſpeculuʒ eccleſie appellauit. Itẽ abbreuiationes libri ſniaꝝ cõpilauit. Et ſic p̄mis tpibꝰcum ſolus Origenes ceteros oẽs doctores ꝛ ſcriptores vinceret in ſcribendo ipſe in cãticis ſcribẽs ſeip̄m vicit:ſic tpibus his ſolus Ugo cũ poſtillatores oẽs vinceret ꝛ excelleret ſuis poſtillis:ipſe ſeip̄m in pſalterio ꝛ in Eſaia ꝛ in euãgelijs ſupauit:nõ tãtuʒ extẽſiue quẽlibet quattuor ſenſuuʒ latiꝰ ꝛ diffuſius ꝓſequẽdo:ſed ẽt itenſiue de quolibet gratioſius ꝛ ip̄mixtiꝰdifferẽdo. Legis eniʒ v̄ba p legeʒ explanauit:nec p̄hica nec alia q̃libet itermiſcens nec muſas poeticas iterponens:ſed legem p legẽ expoſuit gratioſe. Fuerũt ab initio naſcẽtis eccleſie in terra ſcã:ꝛ maxime in carmelo heremite multi:ſicut pʒ ex cronicis ꝛ ex multis ſcoꝝ vitis. Haꝝ ꝯuerſationẽ vidẽs felicis recordationis.d. Albertus ṗiarcha hieroſolymitanus multuʒ eos ſpũaliter in dño nutriebat. Et in ſcriptis modum vite eoꝝ redigens ſepatim in cellulis p totũ mõtem carmeli antea habi

licam defendens ordinem pdicatoꝝ igreſſus ṽtutibuſqꝫ ac mi/
raculis decoratus euangelicam pdicationem p totam italiam
cum mirabili gr̃a ꝛ fructu diſſeminans:ac ṽgo pmanẽs:nulli/
uſqꝫ mortalis peccati macula vnqꝫ fedatus:martirioqꝫ corona/
tus tribus decoratus coronis celuꝫ ꝯſcendit. Hunc dum infini
ta miracula ad eius tumulũ ꝛ per multas mũdi ptes fierent:
dñs Innocenti⁹ papa pdict⁹ nondũ ãno elapſo a paſſione eius
ſcõꝝ martyrum cathalogo aſcripſit:ſtatuitqꝫ feſtum ei⁹.iij.kal̃
das maij ab vniuerſali eccl̃ia celebrari:qꝛ dies paſſionis eius fre
quenter iter paſchalia feſta occurrit. Paſſus eſt cum eo frater
Dominicus ſocius eius:qui ab eodem lictore quattuor ictibus
letaliter vulneratus quinta poſt die obijt.

¶ De magiſtro Umberto generali ordinis Magr̃o: ꝛ beato
Thoma aquinate ꝛ beato Alberto magno. Cap.vij.

Anno dñi.M.cclıııj.mortuo magr̃o Joãne theotonico
electus fuit apud Budã puincie vngarie in capl̃o gñia/
li in magr̃m ordis gntũ magr̃ Umbert⁹natione burgũ
dus ex puiciali frãcie cũctis exiſtẽs religiõis exẽplar ꝛ imago.
¶ Hoc tpe Innocen.papa multos ex frib⁹ordis in archiepõs
ꝛ epõs pmouit cuꝫ magno ordis dãno:ꝛ magr̃i Joãnis diſpli/
cẽtia. Et qꝛ volebat gentiles ſuos ꝛ ꝯſanguineos magnos face/
re:ꝯſiderãs locũ frũꝫ pdicatoꝝ ianuenſis ciuitatis:pp eiuſ emi
nentiam ꝛ oportunũ ſituꝫ facile potuiſſe in arcem erigi multis
precibus a fribus expetijt taleꝫ locũ ſibi dari p ꝯſtituenda arce
magnis puiſionibus additis. Et qꝛ frẽs cõſiderabãt ꝙ ſi talem
locũ ipſi aſſignarẽt ciuitatem ianue ppetue ſeruituti ſubmitte/
rent:ꝛ ipſi totius ciuitatis odio exponerent noluerũt ei aliq̃te/
nus ꝯſentire. Propter qđ ex amico pcipuo fact⁹ fuit inimicus
acerrimus ordis. ¶ Alia ẽt cauſa fuit qua ꝯtra ordinem cõmo
tus fuit acriter. Nam qdam eius nepos quẽ ad arma nutriri ſa
ciebat ordinem eſt ingreſſus. Qui indignatus fecit eum vbiqꝫ
pergri:Uidens aũt iuuenis nõ poſſe effugere/pſeſſionem emi/
ſit in ordine:ꝛ ſic ad papã acceſſit. Qui cognita eius pſeſſione
cũ magna indignatione fecit decretalem ꝙ frẽs predicatores ꝛ

minores nō poſſent aliquem infra annū ad pfeſſionem recipe. Uñ oibus modis qbus poterat cogitabat ordinem deſtruere: ſi ſine ſcādalo id facere potuiſſet. Statuitq3 priuare ordinem oibus priuilegijs ⁊ gratijs quas hēbat. Uñ oportune eodem tpe qdam canonicus maſticonēſis. v3. Guilelmus de ſcō amore doctor theologie: q pariſius legebat: ⁊ ſepius p btm̄ Thomā3 fuerat in publicis diſputationib⁹ ſupatus: cognita idignatione pape ↄtra ordinem pp cauſas ſupradictas collectis multis pecunijs ab vniuerſitate pariſienſi Romā pperauit. Et habita gratiſſima audientia a papa pſentauit ei libellū a ſe ↄfectu3: in quo p aliquas auctes male itellectas: vl' potius malitioſe ⁊ maligne ad ſuu3 ppoſitū adductas conabat pbare ſtatutum religioſo⁊ mendicātiu3 nō eſſe in ſtatu ſalutis. His papa facile adherens ↄtra mendicātes lr̄as peſtiferas fulminauit: pcipiens in vtute ſpūſſci ⁊ ſancte obedientie: ⁊ ſub pena excōis late ſnie: q̄ nullo mō dieb⁹ dñicis ⁊ feſtiuis parochianos alienos in ſuis eccleſijs reciperent ad diuina: nec eo⁊ pfeſſiones audirent ſine ſpāli licētia ſacerdotū parochialiu3: nec in eccleſijs ſuis an̄ miſſa⁊ ſolēnia pdicarent: ſed in pma pte diei oēs parochiani ad parochias ſuas ad audiendas miſſas accederēt: nec in eccleſijs parochialibus: vel qñ eps pdicaret vel faceret ſolēniter corā ſe predicare minime pdicare poſſent: ⁊ q̄ de funeralib⁹ portionē canonica3 etiam nō reqſiti infra octo dies dare tenerent ſacerdotib⁹ parochialib⁹ de qua⁊ parochia eſſent defuncti. Iſtis anguſtijs ⁊ tribulationib⁹ ſic frēs nimiu3 vexatis ordinatū fuit q̄ frēs dicerēt poſt matutinas ſeptē pſalmos ⁊ letanias cum oronib⁹ btē Marie ⁊ bti Dñici. Que dū in quodā ↄuentu dicerent: qdā frater deuotus vidit beatā vginem rogāte3 dulciſſimū filiu3 ſuū atq3 dicentem ei. Fili exaudi eos: fili exaudi eos. Nec mora: ⁊ ecce exaudiuit eā dñs. Nam Guilelmus de ſcō amore pdictus ad iſtātiam magr̄i Umberti citat⁹ fuit Rome in publico ↄciſtorio corā dño Alexādro papa. iiij. pn̄tibus ſcō Thoma de agno: dño Alberto magno: dño Ugone cardinali: ⁊ fratre Jacobo de bōcābio bononienſi decreto⁊ doctore maximo: ⁊ tunc epo bononienſi: ⁊

nienſi: ꝛ vicecācellario romane curie: q oēs parati erant oꝛdi/
nem defendere. Et ad publicū ꝯciſtoꝛium oēs adducti coꝛam
dño Alexādro ꝛ cardinalibꝰ ꝛ p̄latis curie: ſcūs Thomas eum
publice ꝯfudit decretales p eum adductas ad nihilū redigens.
Et in fine q: ille dicebat ꝙ religioſi nō poterāt viuere de elemo
ſynis: ꝛ ꝙ talr viuentes erāt in ſtatu pditionis: ſcūs Thomas
adduxit duas rōnes: que ſunt iſte. vʒ. Tu dicis ꝙ frēs nō ſunt
in ſtatu ſalutis q: de elemoſynis viuūt. ergo per te ēt oēs p̄lati
ſunt in ſtatu dāṅationis: q: ēt ipſi d elemoſynis viuūt. Ad quā
rōnem Guilelmus obmutuit: ſed poſtea ſubiūxit. Et ſi vos cle
rici poſſitis talr viuere: nō tñ ꝯuerſi vr̄i q nō p̄dicāt ꝛc. Cui
ſcūs Thomas: ſicut famuli p̄latoꝝ iuſte viuūt ēt ipſi de elemo/
ſynis: ſic nr̄i ꝯuerſi q ſunt in ſeruitio nr̄o licite vti pñt elemoſy
nis. ¶ Scda rō fuit iſta. In datione elemoſyne trāſferr dñium
rei cuʒ ꝓꝑietate. Cū ergo vnuſqſqʒ libere poſſit vti re ꝓꝑia: iō
viuere poſſumus ex elemoſynis. Eodem mō dñs Albertꝰ ma/
gnus publice euʒ ꝯfudit. Uñ papa Alexāder. iiij. eum ſic ꝯfuſuʒ
priuauit magiſterio ꝛ auctē docēdi ꝛ p̄dicandi: ex regno frācie
eum exulum faciens: ꝛ priuās eū bñficijs que poſſidebat: com/
buſtoqʒ libꝛo eiuſdem in publico cōciſtoꝛio: que ꝯtra mendicā/
tes dictauerat: e clero expulſus fuit. Cōtra hūc etiam ad māda/
tum magr̄i oꝛdis ſcripſit libellū vnum ſcūs Thomas de agno
qui p̄notat ꝯtra ipugnātes religionem. Innocentius etiaʒ in
ſua ſnīa pmanens: duʒ eſſet neapoliʒ graui infirmitate pcuſſus
aduertens ꝙ male egerat religioſos moleſtādo ad coꝛ rediens
dixit. Propter iniqtatem coꝛripuiſti hoiem: ꝛ tabeſcere feciſti
aīam meam. Et his dictis expirauit. Cui ſuccedens dñs Ale/
xander papa. iiij. bullā illā Innocentij ꝯtra mendicantes reuo
cauit: ꝛ nullius roboꝛis eſſe voluit: ꝛ aliam ampliſſimis fauoꝛi/
bus refertā oꝛdini gratioſiſſime ꝯceſſit. Ex quo tpe cardinales
ꝛ p̄lati dicere ſolebāt in quodā ſolatio. Cauete a letanijs fratrū
p̄dicatoꝝ: q: mirabilia faciunt. ¶ Anno dñi. M.cclv. moꝛtuo
eodem papa Innocentio ſucceſſit ei Alexāder. iiij. natione cā/
panus ꝛ ſedit ānis. vij. Hic Alexāder āno pōtificatus ſui p̄mo:

vt pdictũ eſt pdictas lrãs Innocẽtij reuocauit: ⁊ libellũ Gui/lielmi pdicti ↄdẽnauit ⁊ publice in eccl'ia cathedrali Ananie i ſui ⁊ oiuʒ plato⁊ pñtia cõburi fecit. Hic etiã magnus amicus religioſo⁊ fuit: ⁊ plura ⁊ iñgnia eis ꝓuilegia ↄceſſit. ¶ Hoc tpe claruit frater Guilielmus de peyrãta dyoceſis viẽñeſis vir deuot⁹ ⁊ verax: q ſũmam de ỽtutib⁹ ⁊ vicijs: ⁊ ſmones de tpe ⁊ de ſcis ac expõnẽ ꝓfeſſionis que eſt in regula ſcti bñdicti ⁊ li/brũ de inſtõne religioſo⁊/ ⁊ de regimine principũ ⁊ alia multa cõpoſuit. ¶ Hoc etiã tpe diuina ꝓuidẽte clemẽtia duo magna luminaria ex ordine pdicato⁊ mũdo apparuere. ſ. lumiare maius. i. btũs Thomas de agno vt peſſet diei: ⁊ luminare minus i. d. Albertus magnus: vt peſſet nocti. De qb⁹ poſſet dici illud ꝓpheticũ Zach. iiij. Iſti ſunt due oliue. vʒ. fundẽtes oleũ: duo filij olei ⁊ duo filij ſplẽdoris. Et Apoca. xj. Hi ſunt due oliue ⁊ duo cãdelebra lucẽtia añ dñʒ: vt luceãt oĩb⁹ q in domo dñi. i. in ſctã eccl'ia ſunt. Uerũ q⁊. d. Albert⁹ magnus btm̃ Thom. de agno pceſſit: pmo de eo ageť. ¶ Albertus cognomẽto magn⁹ pho⁊ oiuʒ totius xpianitatis ſol pclariſſimus ⁊ gnãlis natiõe ſueuus de oppido louuingẽſi ꝓpe auguſtẽſem ciuitatẽ ad q̈t/tuor miliaria ex genealogia militarium natus etatis ãno. xxj. ordinẽ frum pdicato⁊ pp deuotionẽ ⁊ ſtudiũ Padue ſub btõ Dominico ingreſſus eſt. Cũq₃ ſtudio intẽderet diligẽter: forte ad maiorẽ btiſſime ỽginis gloriã cui Albertus maxima deuo/tione afficiebať ⁊ deuota mẽte ſuiebat adeo labilis memorie ⁊ hebetis ingenij erat: q nihil ꝓficere poterat. Proficiẽtib⁹ aũt ſocijs cũ nihil ipſe ꝓficeret: deliberauit oĩno ordinẽ relinque/re. Cũq₃ in iſto ꝓpoſito iñſteret in viſiõe raptus ſibi videbatur q apponebat ſcalã ad murũ ↄuẽtus vt ex ↄuẽtuʒ ⁊ ordineʒ re/cederet. Cũq₃ ſcalaʒ aſcẽdiſſet: vidit in ſũmitate eius quatuor venerãdas matronas: qua⁊ vna repulit euʒ ⁊ ad terrã deiecit. Cũq₃ iterato ſcalã aſcẽdere vellet: a ſcda veneranda pſona ſcdo repulſus fuit ⁊ ad terrã deiect⁹. Cũ aũt tertio ideʒ attentaret: a tertia venerãda pſona interrogat⁹ fuit de cauſa aſcẽſus ſui p illã ſcalã. Cui verecũdo vultu rñdit. Dña video q ſocij mei i

phia

phia pficiūt:⁊ ego nihil adiſcere poſſum. Propter hūc igitur ruborē: diſcedere ab hoc ordine ppono. Cui illa. Illa dña quā vides hic eſt mater dei: regina celi: ⁊ mater miſericordie: ⁊ nos ſumus eius ancille. Recōmitte te ei: ⁊ nos te adiuuabim⁹ vt ipſa intercedat pro te ad filiū ſuū pro docili ingenio tibi ɔcedē do. Quo audito: letatus in his que audiebat dixit. Ualde libē/ter. Unde rogo vos vt ſitis mihi adiutrices. Cūq; vna cum ip ſis reginā glie rogaret: dixit illi btiſſima virgo. In qua ſcia vis docilis fieri: in theologia an in ſcia nāli? Cui cū rñderet ꝙ in nāli phia ⁊ ānexis ei ſciētijs libētius vellet pficere: ⁊ talis fieri qualis nunꝗ̄ fuit aliqs vel futurus eſt in ea: rñdit beatiſſima vgo Maria. Hēbis qḋ rogaſti. Sed quia nō queſiſti ſciam filij mei in vltimo vite tue oēm ſciam tuā amittes: ⁊ eris obtuſi in/genij ſicut mō exiſtis. Annuēte ergo glorioſa vgine vt oroni de uotioni ⁊ ſtudio vacaret: ſic facere pmiſit. Recedēte viſione ad ſe rediēs: mādatū vginis exequi ſatagēs qcqd legebat pleniſſi/me intelligebat. Et ſi aliqñ aliquā difficultatē hēbat orōnibus apud beatā virginem inſtabat: ⁊ qḋ pprio ingenio nō poterat pcib⁹ impetrabat. Frequēter aūt rogabat ipſam btām virginē ne pmitteret eū phoꝝ rōnib⁹ a veritate fidei auerti: ſed in fidei ſoliditate eius aiū firmaret. Que apparuit ei ⁊ ɔſolās eū ait. Eſto fidelr in ſtudio pſeuerās: qꝛ deus te tāta copia ſapiētie di/tabit: ꝙ p libros doctrine tue tota eccl'ia illuminabit. Tñ ante mortē tuam a te oīs ſillogiſtica ars auferet ne in fide vacillare poſſis: ⁊ vt in ſinceritate fidei pſeueres. Hāc viſionē de ſeipſo narrauit Albertus magnus pdictus in vltima lectione quā le git in qua ipſa viſio cōpleta eſt ⁊ verificata. Igit vir iſte ſanct⁹ ⁊ pclariſſimus poſt adeptā diuinit⁹ ſciam: vt pdictū eſt pmō le git ſnias in ɔuētu hildēſemēſi puincie ſaxonie: ex cui⁹ ɔuētus refectorio naturali arte muſcaꝝ multitudinē talr abegit: ꝙ de cetero vſq; in pſens nulla muſca potuit ibi viua ɔſiſtere. Poſt ea legit in vapingo: poſt in ratiſpona duob⁹ ānis: deīde pariſi⁹ poſt ſnias glioſe lectas magr fact⁹ ibidē trib⁹ ānis rexit. Deīde Coloniā reuerſus: legere cepit glorioſiſſime. Quo tpe ſcūs Tho

mas de aquino ipſum audiuit:⁊ eius diſcipulus fuit. Poſt hec magr̃ Albertus fuit pͥuincialis theotonie:⁊ illo tp̃e monaſteriū ſoroꝝ de ſuſato colonieñ.dyoceſis qd̄ dr̄ pariſius inſtituit:⁊ ſorores in eo itroducēs ſua bn̄dictiōe ſtabiliuit. Exinde a papa Urbano.iiij.pp quoſdā errores eliminādos ad curiam vocatus:factus magr̃ ſacri palatij:⁊ ad eius petitionē ⁊ dn̄oꝝ cardinaliū btī Joānis euāgeliū ⁊ ep̄l'as canonicas inaudito mō exponendo legit De quo aduerſarij veritatis obſtupeſcentes ꝯfuſi ſunt. Frater Guilelmus corinthiēſis auctor libri de apibus refert in eodem libro:ꝙ qdam canonicus regularis de bauaria vir ſcūs ⁊ bonus:q pro ſuis negocijs ad curiā venerat vna dieꝝ exiſtēs in eccleſia ſcī Petri orās ad exceſſum mentis rapt⁹ vidit ipſam eccleſiam ſerpentib⁹ totā plenā:quoꝝ horribili ſibilo tota Roma replebat. Cūq3 ille miraret vnus fr̃ p̄dicatoꝝ ordis ſibi incognitus eccleſiā itrauit. Qui lʒ a ſerpentib⁹ multipl'r ipediret: violenter tn̄ reſtitit:⁊ eos a ſe repellens aſcēdit ambonē in quo diebus ſolēnibus ſolet legi euāgeliū. Et plecto ſcī Joānis euāgelio vſq3 ad Uerbū caro factū eſt:oīs illa multitudo ſerpētiū a ſibilo ceſſauit:⁊ de dicta eccleſia effugata eſt. Reuelatūq3 eſt illi diuino r̄nſo ꝙ ille erat fr̃ Albert⁹ theutonicus. Poſt hereſuʒ igit̃ expugnationem Urbanus papa fecit eū ep̄m ratiſponēſeʒ. Quā dignitatem cū trib⁹ annis adminiſtraſſet:videns vir ſcūs ꝙ l'armis ⁊ magnis tumultib⁹ ſe iplicabat:reſeruatis ſibi qbuſdam redditib⁹ ep̄ali cure renūciauit:⁊ colonie ad ordinē redijt ac ꝯtinue p annos.xviij.legit gratioſiſſime. Cōſtrui aūt fecit in ꝯuentu Colonienſi choꝝ quo diuine laudes pſolunt̃ ſuis expenſis:normāq3 edificādi ſm verā geometriam edificātib⁹ dedit. Totus deniq3 ſtudio ⁊ bonis opibus ſicut oliua fructifera itentus feruēter clero ⁊ pp'lo predicabat:ꝯſilia petētib⁹ ſaluberrima dulciter ⁊ affectuoſe dabat:deuotione p̄cipua vigebat:locum ſepulchri ſui quottidie viſitabat:⁊ officia ibidem ꝓ ſe ac ſi eſſet defunctus dicebat. Quottidie poſt lectiones factas totum pſalteriū dicebat. Ad btīſſimā v̄o v̄ginem multū deuot⁹ ſequētias eius que pro ſabbatis aſſignant̃ cuʒ cantu dictauit. Et duʒ

niſſet ad finē ꝛ dixiſſet. Et v̄bū caro factū eſt: ꝯtinuo exiuit dia bolus ꝛ dimiſit mulierē ita ꝯquaſſatā ꝛ vexatā ꝙ multo tpe nihil potuit loqui. Poſtq̄ aūt reſpirauit virib⁹ alqualr iā reſū/ ptis deuote laudes ꝛ grās egit deo ꝛ ſctō Būdicto: nec vlteri⁹ locuta eſt latinū qđ non didicerat nec ſciebat nec recordata eſt ꝙ vnq̄ talr fuerit locuta. Sed cū ſibi dicebaſ de hoc plurimū mirabaſ. Oro ❡ Deus q btm̄ Būdictū pōtificem tuū būdi/ ctionis tue gratia ſubleuaſti ad celū pplm tuuꝫ q̄s noua būdi/ ctione gratie tue ſcifica: ꝛ a cūctis malis iminētib⁹ ei⁹ meritis ꝛ p̄cib⁹ tua nos v̄tute defende: p xp̄m. ❡ Anno dñi. M. ccciiij. Clemēs papa. v. eligiſ in papā poſt longā ꝯtētionē cardinaliū ꝛ ſedit annis. viij. Hic trāſtulit curiā vltra mōtes: que cōtinue ibidē māſit vſq ad Gregorij. xj. pōtificatū: q diuina reuelatio/ ne p beatā Chaterinā ſenenſem ordis de pnia bti Dñici ſibi fa/ ctā curiam ad vrbē Romanā reduxit. Hic Clemēs fecit cōci/ liū gñale apud Uiēnā galitie ꝛ multas q̄ſtōnes p̄ſertiꝫ ꝯtra re/ ligioſos. Ex ordine āt p̄dicatoꝝ ſucceſſiue tres cardinales crea uit: quoꝝ primus fuit dñs Nicolaus de framula: q tūc erat con feſſor regis frācie. Hūc ꝯſtituit p̄ſb̄ꝛuꝫ cardinalē tituli ſci Euſe bij. Scđs fuit dñs Thomas anglicus magr̄ in theologia: queꝫ fecit p̄ſb̄ꝛuꝫ cardinalē tituli ſcē Sabine. Tertius fuit fr̄ Guilel mus Petri barbacenſis magr̄ in theologia: quē ex lectore ſacri palatij fecit p̄ſbyteꝝ cardinalē tituli ſcē Cecilie. poſtmodū aūt per. d. Joā. xxij. factus eſt cardinalis ep̄s Sabinenſis. ❡ Anno dñi. M. cccvij. electus fuit in magr̄m ordis. xij. frater Aymericus placētinus lōbardus tūc lector Bononienſis in ca. gñali Tholoſano. Hic legerat in ordine annis. xxiij. taꝫ in p̄hia q̄ in theologia: ꝛ ordinem gubernauit ānis. vij. Hic ēt in capl̄o nea politano ceſſit magiſtratui ꝛ plurib⁹ annis ſupuiuēs tādeꝫ Bo nonie die. vj. Julij. M. cccxvij. diem clauſit extremū: ibideꝫ ſe/ pultus. ❡ Anno dñi. M. cccxij. electus fuit in capl̄o gñali car caſone in magr̄m ordis. xiij. frater Berēgarius de puīcia tho loſana. Hūc papa Joānes. xxij. miſit legatū in frāciam ꝛ poſtea ꝯceſſit ei archiep̄atuꝫ cōpoſtellanū. ❡ Circa iſta tpa floruerūt

in ordine viri inſignes.vz. Fr Nicolaus de ſctō Martino epō recanacēſis cōpoſuit ſeptēplices ſermones. Frater Petrus kalo clugienſis cōpoſuit legēdas ſcōꝝ copioſiſſimas ⁊ de tpe valde ſolēnes. ¶ Frater Petrus ſaracha de ianua cōpoſuit ſūmā copioſam ad oēs mās per alphabetū:⁊ dr cōpendium donoꝝ. ¶ Frater Franciſcus grauanus de ianua fecit poſtillā ſolēnez ſup Lucā. Item collationes ſup Lucā.item ſermones triplices de dñicis quadrageſimales ⁊ de ſcis.item plura opuſcula circa mām ſermonū. ¶ Frater Philippus de peyra ſcripſit in greco ⁊ latino librz ꝯtra errores grecoꝝ. ¶ Frater Georgius de peyra cōpoſuit ſūmā logice de opinionibus modernoꝝ ⁊ antiquoꝝ. Itez ſup ſnias dr ſcripſiſſe. ¶ Frater Uercellinus de vercellis cōpoſuit ſūmā bonā logice quā noiauit tetralogum.item qōnes multas in logica/phia/⁊ theologia.itē logicā ꝯtra ochā quā appellāt antiochā.item poſtillā ſup euāgelia dñicalia.item ſmones multos hymnos ⁊ ſequētias de ſcis. ¶ Frater Amonius de parma fecit ſermones pdicabiles de euāgelijs dñicalibus. ¶ Frater Philippinus de ferraria fecit ſcriptz ⁊ qōnes ſup tractat⁹ magrī Petri hyſpani.item narrationes ⁊ fabulas pulcherrimas ad oēm ſtatum ⁊ mām. ¶ Frater Joānes de tābacho magr argētinenſis ſcripſit librz magnū quē ꝯſolationē theologie appellauit.item librz de delitijs paradiſi.itē librum de culpa ⁊ gratia.item librū magnū q dr pconiz Joānis euangeliſte.item librz de quarta ⁊ eius moderatione.item tractatū de amore ꝟtutz pulchrz.item de quātitate indulgētiaꝝ.item decretoriz ꝯfeſſoꝝ.item de ingrato cōmodo ſacerdotz:de proprietate mēdicātiz.item ſmones multos. ¶ Frater Bartholomeus de bolſenek.magr ſacri palatij ſcripſit ſup ſnias extēſe.item lecturā vtilē ⁊ ſolēnem.item librz raꝝ ⁊ gratū de materijs theologicis q dr de viro cōpleto. ¶ Frater Joānes kuſſim quōdam puincialis theotonie ſcripſit ſolēniter ſup ſnias.item ſup epſam ad Titum.item ſup qnqꝫ capſa Matthei ſolēniter.item tractatū pro ſimplicib⁹ fribus q dr decretoriz ꝯfeſſorz.itē ſmones multos ad cleꝝ de tpe ⁊ de ſcis. ¶ Fr Gerardus de

bancinis magr̄ quōdam ēt ꝓuincialis ſcripſit grate ſup ſnias.
¶ De infamia ordini ipoſita p quēdā monachuꝫ cyſtercieň.⁊ frēs minores dicētes ꝙ frater Bernardus de montepolitiano veneno in hoſtia ꝯſecrata extinxerat Sereniſſimuꝫ dn̄m Henricum lucellēbourch imperatorem Romanum. Capi.xj.

Anno dn̄i.M.cccxiiij.Sereniſſimus dn̄s Henricus lucellēbourch romanoꝝ impator exn̄s i thuſcia in ciuitate piſaꝝ:⁊ volēs cuꝫ exercitu verſus reliquas ptes thuſcie adire p magr̄m Bartholomeū de vagenaria fuit diſſuaſus ne illo tpe exponeret ſe itineri pp eſtuꝫ:q erat diſpoſitus ad magnam infirmitatē.Cūqꝫ ille nullo mō acqeſcere voluiſſet:tandem poſt paucos dies infirmatus nona die diem clauſit extremuꝫ.Quidā aūt monachus Joānes noie ordinis ciſtercieň.q erat capellanus impatoris ſperās effici ꝯfeſſor eius pp diſcēſuꝫ cancellarij ⁊ ep̄i botruntini:q impatorē aliqn̄ in ꝯfeſſione audiebāt:⁊ vidēs Joānes ꝙ fr̄ Bernardus de mōtepolitiano ordinis p̄dicatoꝝ effect⁹eēt ei⁹ꝯfeſſor:inuidia mot⁹ip̄m frēm Bernardum iſamauit ꝙ impatorē in hoſtia ꝯſecrata veneno extinxiſſet.Un̄ ꝓpterea magna tribulatio ordini p̄dicatoꝝ excitata fuit maxime p alemaniam ⁊ ꝓuincias que erāt ſub impatore p̄dicto:adeo ꝙ frēs p̄dicatores nō poterāt ſine vite piculo clauſtruꝫ egredi nec p̄dicare.Ueꝝ cōperta veritate ꝙ imperator ex nāli infirmitate obierat ⁊ non ex veneno:plures cardinales ⁊ ep̄i teſtimoniuꝫ inocētie fr̄is Bernardi q culpabaꝶ ⁊ fame ordinis p̄dicatoꝝ p ſuas lr̄as ad p̄latos illaꝝ ptiuꝫ trāſmiſerūt:⁊ ipſe frater Bernardus obtulit ſe cuiuſcūqꝫ recte ſentiētis iudicio ⁊ examini ſicut p lr̄as ſuas euidētius ſe purgat:⁊ etiā teſtimonia de vita laudabili ipſius fratris Bernardi quā ſemp tenuit in ordine ipſum imunē declarāt.Nā ſemp fuit bone fame ⁊ honorat⁹in officijs ordinis:⁊ ꝓpter bonitatem ſuā in multis negocijs ordinis fuit expoſitus.Infraſcripta autē ſunt indicia qbus dict⁹frater Bernardus ab hoc ſcelere purgaꝶ clariſſime ⁊ euidētiſſime.¶ Primo qꝛ ipſe frater Bernardus ꝓbat⁹fuit ſemp inocentiſſime vite ⁊ laudabilis fame in ordine:nec tātuꝫ

flagitium in tantū dn̄m ⁊ cum viuifico ſacramento admiſiſſet. ¶ 2°. Oēs ꝯſanguinei eius(nam erat nobilis genere) erant de parte impatoris ⁊ ei valde fauorabiles:nec eis tātā iniuriā/infamiā ⁊ dānū feciſſet. ¶ 3°. Per dn̄m Nicolaū de prato cardinalem hoſtienſem q erat amiciſſimus dicti impatoris ipſe frater Bernardus dat9 fuerat in ſeruitiū ⁊ familiarē dicti imperatoris. ¶ 4°. Q2 ſūme honorabaꝛ ab impatore. Nam ꝯfeſſor ei9 factus fuerat ⁊ imperator plus in eo ꝙ̄ in aliquo ꝯfidebat:⁊ ei9 principibus equabaꝛ. ¶ 5°. Q2 poſt mortē imperatoris non fugit ad inimicos imperatoris ſed ad eius amicos acceſſit:⁊ iudicio cuiuſꝫ recte ſentientis ſe expoſuit. ¶ 6°. Q2 medicus imperatoris anteꝙ̄ ipſis diſcederet ei ſuū receſſū diſſuaſit:aſſerēs ꝙ diſpoſitus erat ad magnā egritudinē:de qua re ipſe medicus publicū fieri fecit inſtrumentum. ¶ 7°. Qđ in vigilia aſſumtionis dn̄e nr̄e habuit vnū paroſiſmū tertiane de quo nō curauit:⁊ in die dn̄e nr̄e pn̄tibus multis baronib9 cōicauit:⁊ diem illum cū illis in magno ꝯuiuio ⁊ letitia expēdit:⁊ poſtea die ſequenti oīno voluit eqtare ⁊ caſtra mouit:⁊ ex labore itineris ⁊ eſtu habuit aliū paroſiſmū q nunꝙ̄ eum deſeruit. ¶ 8°. Ipſe erat in loco valde infirmo:q2 locus ille ſuos habitatores deuorat ſicut dicūt ipſi habitatores eiuſdē loci. ¶ 9°. Quia medici dederūt ei quottidie tres ⁊ aliqn̄ quattuor ciatos vini nigri potentis cū tantūdē de aqua ⁊ offa panis calefacti ⁊ tergia:volētes ſubuenire debilitati ⁊ nō ꝯſiderātes eſtiuū tp̄s ⁊ febrē acutā quā hēbat. Et ex his tm̄ febris ardor creuit ꝙ nō iueniebat regem vllā donec 9° die qoſt 2m paroſiſmū diē clauſit extremū. ¶ x°. Quia poſt mortē nullus tumor aut depillatio ſecuti ſūt: ſed ſicut erat qn̄ obijt ita perſeuerauit cadauer eius. ¶ xj°. Q2 sereniſſimus rex Joānes rex Boemie filius p̄dicti imperatoris sereniſſimi:⁊ Reuerēdiſſim9 dn̄s Baldouuinus archiep̄s treuerēſis:⁊ alij principes:⁊ oēs imperij electores. Item ep̄i et nobiles ꝙ̄plurimi theotonie ⁊ Italie impio fideliſſimi diſcretione diligētiſſima ſup hoc fidelr̄ habita viuis ſuis vocib9 litteriſꝙ ⁊ ſigillis ſuis roboratis fuiſſe falſum ⁊ ꝯfictū hmōi ſcelus

contra

ↄtra p̄dictū frēm Bernardū demōſtrauerūt vniuerſis:⁊ ſuper oēs karolus.iiij.impator fili⁹ ſupradicti Joānis regis Boemorum filij Henrici impatoris ſuo ſmone ad ordinē noſtrū oſtendit eſſe falſuꝫ.Inſup poſt aliquot ānos fecit celebrari capl'ꝫ generale frūm p̄dicatoꝝ in praga ciuitate boemie:In cui⁹ capl'i ſolēni celebratiōe in die pētheco ſtes impator erat p̄ſens ſtans in miſſa in loco ſuo impialib⁹ inſignijs ⁊ corona īſignit⁹ in dextro choro:⁊ eodē mō impatrix in choro ſiniſtro in excuſationē frūm ⁊ ordis ⁊ infamie facte rōne mortis aui ſui.Frēs eniꝫ minores famauerāt p totā thuringiā ⁊ miſciam ꝙ ideo ↄuocaſſet frēs p̄dicatores in pragā ad capl'm:vt vindicaret mortem aui ſui.Qđ impator intelligēs:oēm honorē excogitabilē ⁊ decentem in ſui excuſationē ⁊ ordis ordini ⁊ fratrib⁹ exibuit. Primo eni fecit deaurari turrim nr̄i ↄuētus. Poſt in die penthecoſtes ſtetit in choro impialib⁹ īſignit⁹ ⁊ fecit exhiberi ⁊ offerri fratrib⁹ duas bullas aureas ad altare:quaꝝ vna eſt de exemptiōe ab oib⁹ p̄ncipib⁹ xp̄ianis ſecularib⁹:⁊ ꝙ ſolū ſūmus ſub impio.2ª eſt de ſucceſſiōe in hereditate pīna.In 2ª feria pēthecoſtes īuitauit totū capl'm ad aulā ſuā in caſtro pragēſi ⁊ glorioſis pauit ferculis:miniſtrātib⁹ ibidē ꝓcerib⁹ ſuis. Poſt prandiū duxit oēs frēs ad cathedralē eccleſiā que in caſtro eſt:⁊ oſtēdit ibidē reliqas impij ⁊ oēm ornatū domus ſue:⁊ cū ſolēnitate reduxit fratres in ꝓpria pſona ad ↄuētum:vt fratres minores mēdaciū dixiſſe oib⁹ patēter oñderet.¶ Nec obſtat ꝙ aliq obijciebāt ꝙ in p̄dicta īfirmitate corpus impatoris effectuꝫ eſt nigrū:q: plectoricus erat.Et ſi medici vſi fuiſſent diligentia ⁊ nō ita calidis eū refeciſſent:forte mortuus nō fuiſſet.Extāt āt copie l'raꝝ pluriū Reuerendiſſimoꝝ dñoꝝ cardialiū ⁊ dñi epi aretini ad p̄latos alemanie ſup aſſertiōe inocētie frīs Bernardi p̄dicti. Extat ⁊ ep'la ipſi⁹ frīs Bernardi oēm rei ſerieꝫ narrans.Quas ſiqs videre deſiderat ad longū legat cronicā p̄fati magr̄i Jacobi de ſuſato.Hic aūt breuitatis cā omiſſe ſunt.Nō obſtātib⁹ ſupradictis deſēſionib⁹ ⁊ ꝓbationib⁹ veritatis inocētie frūm p̄dicatoꝝ ⁊ falſitatis minoꝝ:adhuc rabido dente rabiē

ſuā rodētes qdā frēs minores nobis inſultare nō ceſſant:⁊ p̄ſertim qdā fr̄ minor q āno dn̄i.1410.lubicēſib⁹ cronicam ſcribēs mētiēdo in ipſo hāc hyſtoriā ïterſerit dicēs φ ob hoc flagitiū in penā datū eſt ordini n̄ro:φ oēs frēs qñ celebram⁹ cōicemus nos cū manu ſiniſtra.Qđ q̄ʒ falſiſſimū ſit ex his appet. ¶ Primo q: nemo debet grauari onere alieno ex regulis iuris.Unuſq̄ſq̄ʒ eni onus ſuū portabit.Gal.6.ca.Et.xxiij.q.iiij.ca.Siqs catholica.Malus portat cām ſuā:nec p̄iudicabit alteri:quē in ꝯſenſu mali opis ſociū nō hēt criminis dicēte domino Ezech.xviij.Aīa que peccauerit ipſa morieť.Fili⁹ nō portabit iniqtatē p̄ris:nec p̄r portabit iniqtatē filij:q̄to minus frēs vnius religiōis.Eſto φ verū eēt id qđ frēs minores falſe cōpoſuerūt:q: ex dicto ipſorū ſequereť φ btūs Petrus traxiſſet noxā ex iuda traditore ei⁹ coapl'o.Cui⁹ ꝯriuʒ ponit canon.xxiiij.q.j.nō turbať dicēs.Nō turbať nauis que Petrū hēt:ſʒ turbať q̄ Judā hēt. ¶ 2⁰ q: ordinari⁹.i.rubrica ordis frum p̄dicatorū in p̄ncipio ordis ꝯfirmat⁹ hēt ſic de diuiſiōe hoſtie dans modū ⁊ formā φ ſacerdos diuidat hoſtiā p̄mo in duas ptes deīdē partē quā tenet in dextera ſupponat in trāſuerſuʒ parti reliquie in ſiniſtra ⁊ diuidat illā i alias duas:ita φ digiti fracturā nō tāgāt ſi fieri pōt:⁊ in ſiniſtra retinēs duas ptes vſq̄ʒ ad pceptionē.Et hec lr̄a in nullo libro ordis n̄ri eſt mutata:nec p modū additiōis appoſita:ſʒ ſicut erat in p̄ncipio ſcriptura ordiata ita etiā pſeuerat.Et eſt quadruplex rō q̄re ſacerdotes ordis frum p̄dicatorū cōicant cuʒ ſiniſtra. ¶ Prima trahiť ex dictis beati Gregorij pape in omelia diei paſce.Quid p leuā niſi p̄ſens vita ſignificať?Cuʒ igiť frēs p̄dicatores cōicāt cuʒ ſiniſtra:ſignificare volūt φ p v̄tutē ſacri ⁊ paſſiōis xp̄i de p̄nti miſeria trāſferunť ad gaudia ſempiterna. ¶ 2ª rō q: oēs nos.ſ.gentiles ex qb⁹ꝯſtituiť eccl'ia fuimus filij ire:⁊ p ꝯñs p ſiniſtrā deſignati:ſilij vō iſrael fuerūt filij dilecti ⁊ filij dextere:ſʒ vice mutata trāſlatū eſt regnū ad eos q fuerūt filij ſiniſtre.Nobis igr̄ filijs quōdā ire nūc dilectiōis ſacr̄m in quo eſt v̄tus regni datū eſt ſolū:iudeis nunq̄ʒ ſʒ eſt figura ⁊ vmbra:nobis aūt vitas ⁊ res.Nec

trāſferreť

tráſferret ad iudeos ſꝫ apud eccleſiá ex gētibꝰ ɔſtitutá durabit in eternū:ad qd̄ ſignificandū cōicant cū ſiniſtra. ¶ 3ª ratio eſt. Poſtq̄ȝ ſacerdos ſe tráſfert in miſſa ad ſiniſtruȝ cornu altaris tractatᷣ xp̄i paſſio: ⁊ illa recordātᷣ tūc que dn̄s noſter geſſit hic in ſua hūilitate bn̄dicta pro oiuȝ nr̄m ſalute. Qd̄ euāgeliū re/gni videtᷣ iuuere qd̄ tūc p̄mo legitᷣ. Jccirco in diuiniſſimo ſa/cro memorātes dulciſſimā paſſionē xp̄i quā pro hūani gn̄is ſa/lute hic in ſiniſtra .ſ. in pn̄ti vita paſſus eſt cuȝ ſiniſtra cōicant. ¶ 4ª rō eſt ex noie ordis frūm p̄dicatoꝝ. Nā Jnnocētiꝰ tertiꝰ dedit ordini nomē ordini frūm p̄dicatoꝝ: qꝛ p̄dicaturi erant Jeſum xp̄m crucifixū. Et iō dedit ordini .ſ. gn̄ali frūm p̄dicato rū crucifixū pro ſigno ſigilli: Qui qdē gn̄alis magr̄ hēt cruci/fixū i ordis ⁊ officij ſui ſigillo. Cū ergo hic in ſiniſtra .ſ. p̄ſenti vita dn̄s ſit crucifixus quē v̄bo crucifixuȝ p̄dicamus in ſigillo pro ſigno hēmus: manu ſiniſtra paſſuȝ crucifixūq̄ȝ in humani tate: in officio miſſe cū manu ſiniſtra cōicādo demōſtramus. Jnſidioſe igitᷣ ⁊ malitioſe frēs minores frēs ordis p̄dicatoruȝ male ⁊ falſe diffamauerūt. Que falſitas ex p̄miſſis pōt dep̄hē di euidēter. Hec aūt hic poſita ſunt vt v̄itas facti fratribꝰ igno rātibꝰ eā manifeſtetᷣ. Hec oia hn̄tur in cronica p̄fati reuerendi p̄ris fr̄is Jacobi de ſuſato ordis p̄dicatoꝝ. ¶ Alias rōnes q̄re cōicamꝰ cū manu ſiniſtra ponit magr̄ Leonardus de vtitio in quadrageſimali ſuo ſmone.xlij.de dignitate aīe humane in 2ª pte eiuſdē ſmonis ⁊ in teſtimonio legis canonice vbi ſic dicit. Propterea nos frēs p̄dicatores cōicamus cū manu ſiniſtra: qꝛ in ea pte eſt corꝫ etiā qꝛ manipulus q deſignat indiſſolubilē col ligationem cordis nr̄i cuȝ Jeſu xp̄o ponitᷣ in manu ſiniſtra ob ſeruentē ⁊ cordialē charitatē nr̄i ad xp̄m vt declaraui in ſmo nario aureo de ſctis: in ſmone de btō dn̄ico p̄re nr̄o. ¶ Pre terea vxor in ſignū illibate fide ⁊ cordialis amoris geſtat anu/luȝ in manu ſiniſtra. Nobiles etiā ⁊ magni p̄ncipes iſignia ſua q̄ue vulgariter dn̄r diuiſe deferūt ex pte ſiniſtra. Milites inſu/gne ſuū aureū ferūt in latere ſiniſtro. Ad abolēda ergo peccata que regnant in corde noſtro. Matthei.xij. De corde exeunt co

gitatiões male ⁊c. medicina ſupponenda eſt cordi. Cantl. viij. Pone me ſicut ſignaculū ſup cor tuū. ℂ Rō aūt lralis eſt iſta. In pncipio ordis nr̄i iſurrexit q̄dā heresis aſſerēs nō eē verū corpus xp̄i in altari niſi q̄zdiu eleuaſ. Cui⁹ opionis fuit magr̄ Joānes hycliph. Ordo aūt nr̄ pualuit ꝯtra hāc hereſim miro mō eā ꝯfutādo. In cuius ſignū datū eſt ordini nr̄o ut in miſſa poſt agnus dei an̄ cōionē tenerēt frēs hoſtiā3 eleuatā ſup calicē vt ſic adoraref ab vniuerſo pp̄lo tanq̄3 vex corpus ⁊ ſanguis xp̄i: ⁊ ne deponeref vſq3 ad cōionē incluſiue. Quia vō cū manu dextera h3 ſacerdos tūdē pect⁹ſuū tāq̄3 vex deū adorās hoſtiā: oportuit vt cū manu ſiniſtra tenēt ⁊ ſic cōicaret. Propter hanc cauſa3 plures frēs nr̄i martyrio coronati ſunt ab hereticis. Et dū eſſem in cōcilio ferariēſi tpe dn̄i Eugenij pape. iiij. relatū eſt plures cōuēt⁹ nr̄i ordinis funditus euerſos ab vſoniſtis in Boemia: ⁊ fratres trucidatos ab eiſdem. Ordo. n. nr̄ valde iſudauit cōtra hereſes ad eax extirpationē: ⁊ p̄cipue circa hoc ſacr̄m corp̄is xp̄i. Hec magiſter Leonardus predictus.

ℂ Claruit his tpib⁹ fr̄ Albert⁹ de Brixia doctor precipu⁹ cui reuelata fuit a beato Auguſtino gl̄ia ſancti Thome. Hic cū eēt appzime doctus ſūmā de officio ſacerdotis valde vtilem ⁊ bonā ⁊ ſmōes mltos cōpilauit: ⁊ dies ſuos i ſctitate vite ⁊ cōmēdatione bti Thome cōpleuit. Hoc tpe floruerūt doctores inſignes in ordine. v3. magr̄ Robertus olchot anglicus: q ſcripſit ſup librum ſapie elegātiſſime. Item ſup. vij. prima cap̄la eccleſiaſtici. Item moralitates pulchras. Item in cantica cāticoru3. item de ſeptē pctis mortalibus. item de imortalitate aie. itē ſcripſit quolibeta multa. Item qōnes de naturis motibus ⁊ effectibus ſtellax. item de vmbra ſtellax ſubtiliſſime. Item trecentos ſermones de tpe ⁊ de ſcis optimos. item tractatū de amore librox ad ep̄m Dilmonēſem: qui liber phyleblibon intitulaſ.

ℂ Item floruit frater Joānes de ſcō Geminiano q ſermones ppulchros ꝯſcripſit de tpe dn̄icales ⁊ quadrageſimales de ſcis ⁊ pro defunctis ad oēm ſtatū. Itē libru3 de ſiītudinib⁹. ℂ Itē fr̄ Ugo de prato q ſermones dn̄icales ⁊ quadrageſimales ac

côes ſolênes cõpoſuit. ¶ Item frater Henricus de Arriminõ qui ſũma de quattuoꝛ vtutibus cõpilauit egregie. Item tractatum de politia Venetoꝝ. ¶ Frater ẽt Gratiadeus de aſculo q in logica ꝛ phĩa multa cõpoſuit. ¶ Item fr Dñicus tholoſanus q in tota dina ſcriptura cõmẽtaria magna dictauit ẜm ſenſum litteralẽ ꝛ myſticũ ad papã Joãnẽ.xxij. ¶ Floꝛuit quoqꝫ eodem tpe frater Bartholomeus de piſis cõpilatoꝛ ſũme piſane ꝛ nõnulloꝝ alioꝝ voluminum. ¶ Frater quoqꝫ Raynerius piſanus q ſũmam magnã theologicã cõpilauit. Circa iſta tẽpora fuit Frater Uuarnherus de botis ſcripſit duo volumina ſup euãgelia de tpe:per totũ annum. Item ſũmã cõpendioſam de dictis ſci Thome. Item abbꝛeuiauit hyſtoriam ſcolaſticam. ¶ Frater Uuilhelmus de verida colonienſis expoſuit epłas ꝛ ꝛ euangelia ab aduentu vſqꝫ ad paſcha. ¶ Frater Gerardus de vvulich treuerẽſis cõpilauit ſermones de tpe ꝛ de ſcis. Itẽꝫ paſſionale nouũ de ſcis. ¶ Frater Gerardus ſcergaꝫ colonienſis compilauit librum qui dicit medella anime. Item de recreatione aie. ¶ Frater Conradus ruffi eſerlinĝ. abbꝛeuiauit expoſitionem euangelioꝝ ſci Thome. Item fecit homeliã ſup euangeliuꝫ Stabat iuxta crucem. Item aliam homeliã ſup euangelium Extollẽs vocẽ quedam mulier. ¶ Fr Bouer bernẽſis fecit ſermones pulchꝛos de tpe ꝛ de ſcis. ¶ Frater Andreas de piſtoꝛio eps ibidem fecit ſermones ꝑdicabiles p totũ annuꝫ de tpe ꝛ de ſcis ꝛ q̃dragesimales quadruplicatos. ¶ Fr Bñdict9 de ſentino cameracẽſis ſcripſit multa in logica. ¶ Fr Thomas de lentino: q ſcm̃ Thomã recepit ad oꝛdinẽ: ſcripſit legẽdaꝫ ſci Petri martyris: ꝛ poſtea fuit patriarcha hieroſolymitanus. ¶ Fr Andreutius de camereno ſcripſit ſup libꝛos phyſicoꝝ: ꝛ reduxit textũ ad foꝛmã ſyllogiſticã. ¶ Fr Cõradus de eiculo ſcripſit p modũ tractatus ſup libꝛos methauroꝝ. Itẽ ſup libꝛos phyſicoꝝ. ¶ Fr Dñicus ſmarra de fabꝛiano ſcripſit ꝛ recollegit multa pꝛo ꝑdicatoꝛib9 de tpe ꝛ de ſcis. ¶ Fr gdã Bernenſis collegit gratiſſimã antiphonam de btã virgine que incipit Regina celi q̃ꝫ pulchꝛa es. ꝛ eſt collecta de partibus diuer

ſis Reſponſiorum et antiphonarum:hymnorum:ſequentiarum:retinēti/
bus ꝯtinuatum ſenſum cū ꝓprijs melodijs:et finit Tuum ꝑcare
filium ꝓ tuo cetu pauperum alſa. ℂ Fr Rambertus de primadi
tijs magr̄ de bononia et ep̄s Venetus ordinauit apologeticum
ꝯtra ipugnātes doctrinā ſci Thome qđ correctorium corrupto/
rij dr̄. ℂ Fr̄ Bartholomeus paruus de bononia ſcripſit ſuper
Mattheū.item ſup epl̄as canonicas. ℂ Frater Joānes de bi/
blia de bononia ſcripſit multa quolibeta.item collationes bre/
ues in ſacris cōionib⁹.item ſermones ad clerum. ℂ Fr̄ Bonro
meus de baſacomatrib⁹cōpoſuit libellū moralē de pħia et pħis.
ℂ Frater Petrus galdini de bononia ſcripſit ſermones ꝑdica
biles de tpe et de ſcis. ℂ Frater Guido de generijs de bononia
ſcripſit ſup totā pħiam moralē Ariſtotelis. Jtem plura alia opa
grata ꝯſcripſit. ℂ Fr̄ Aldebrādinus de tuſcanella cōpoſuit le/
gendam octo ptium bti Dn̄ici.item ſermones de tpe et de ſcis.
ℂ Fr̄ Aldrouantinus de ferraria ꝓuincialis cōpoſuit offm̄ de
trāſlatione ſci Thome de aquino.item in latino et vulgari com
poſuit multa et grata. ℂ Frater Nicolaus de marianis de man
tua ſcripſit tractatū de quarta. ℂ Frater Thomas vualētis de
anglia magr̄ ſcripſit optime ſup ſn̄ias.item ſup pſalterium.item
ſup ꝓuerbia et cantica canticorum.item ſup Auguſtinū de ci.dei.
Jtem tractatum de ſtatu aiarum poſt mortē.item qōnes ſup libros
phyſicorum.itē de colorib⁹rethoricis. ℂ Fr̄ Thomas Rīglcide
anglicus ep̄s vangorie ſcripſit ſup ſn̄ias.item ſup ꝓuerbia.item
ſmones valde bonos. ℂ Frater Thomas ſcobbs anglicus ma
giſter ſcripſit ſup librū trenorum. Jtē tractatū de ſtipēdijs debitis
ꝑdicatori verbi dei. Jtem tractatū q dicit̄ ſcutū eccleſie:ꝯtra i/
pugnātes eccleſiaſticā ptātē.item lecturā bonā ſup cantica.item
cōmētum ſup ꝓblemata Ariſtotelis.item tractatū de pfectione
vite ſolitarie.item offm̄ cōpletum cū miſſa de hoc noie Jeſus.
Jtem offm̄ itegrum de btā Anna.item offm̄ itegrum de quodā
fratre ordis nr̄i noie fr̄ Brixius.item tractatū de penis pegri/
nationis miſere hui⁹vite.item ſermones de tpe.item ſermones
de ſcis per totū annū.item tractatū de arte bn̄ moriendi. ℂ Fr̄

Thomas

Thomas opman anglicus magr̃ ſcripſit eggregie ſup geneſim. item ſuper epl'a3 ad hebreos.item ſup canonicã Jacobi. ¶ Fr̃ Thomas nortuode anglicus magr̃ ſcripſit ſuper ſnias.ite3 ſup epl'am Pauli ad Romanos. ¶ Frater Thomas lõgeſord magiſter anglicus ſcripſit poſtillã ſup Job. Jtem cronicas a prin/cipio mũdi vſq3 ad tpa ſua. ¶ Frater Joãnes barley anglicus magiſter ſcripſit bis ſuper ſnias egregie.item plura quolibeta. item tractatum de predeſtinatione dei.

¶ De btõ Jacobo de Uenetijs qui iacet forliuij:z de canoni/zatione ſancti Thome de Aquino. Cap.xij.

Anno dñi.M.cccxiij.obijt forliuij beatus frater Jaco/bus de Uenetijs.lxxxiij.annoꝝ exiſtẽs.Hic enim ex gñe nobili de Salomonis:multis vtutib⁹z gratijs adornat⁹ oibus ſcititatis exẽplar fuit:poſt mortẽ vero magnificis conti/nue miraculis coruſcauit z coruſcat. ¶ Anno dñi.M.cccxvj. Joãnes.xxij.papa cõſecratur in Auinione z ſedit ãnis.xix.Hui⁹ tpe factus eſt generalis ordis noſtri magr̃ frater Herueus na/tione brito electus capl'o generali lugduni celebrato anno dñi. M.cccxviij.Hic ordinẽ gubernauit annis.v.z plus:z ſepult⁹ fuit in narbona anno dñi.M.cccxxiij.Tpe iſti⁹ magr̃i Heruei canonizat⁹ fuit ſctũs Thomas de agno ordis nr̃i p dictũ dñm papã Joãnẽ.xxij.xv.kal.Auguſti:in Auinione.Hic magr̃ Herueus fuit ſolẽnis magr̃ in theo⁹z multa ſcripſit.v3.ptra Hen/ricũ de gãdauo.xv.quolibeta:z ptra Durãdũ:vbi ipſe Durã/dus ipugnãt ſctm̃ Thomã.Scripſit ſup q̃ttuor libros ſniarũ. z octo quolibeta.Jtem de verbo.item qõnes de peccato origi/nali.De eternitate mũdi:de cognitione pmi pncipij:de beati/tudine:de virtutibus moralib⁹:de ordine ſecũde intẽtionis ad primũ:de ſecũdis intẽtionib⁹tractatus duos: de pauptate xp̃i z aploꝝ:de ſacramẽtis:de ptãte pape.Plura ẽt eius opera ha/bent q̃ hic breuitatis grã dimittunt. ¶ Scripſit eodem tpe fr̃ Durãdus ſenior duo ſcripta diuerſa ſup ſnias:z duo quolibeta.Jtem tractatũ ptra Joãnem.xxij.de viſione diuine eſſentie. ¶ Scripſit ẽt frater Durãdus de ſcõ Porciano epõ meldẽſis

tribus vicibus ſup libꝛos ſniaꝝ.item quolibeta quattuoꝛ.item ꝯtra Joánem papá.xxij.de beatifica viſione.iteȝ de inſtructio/ne cleri.item ſúmá notabilé.item qónes varias.item ſermones q̃pplures.Fuit aũt doctoꝛ egregius:ꝛ pmo ſectatoꝛ ſci Thome poſtea ipugnatoꝛ:cuius ipugnationib᷒ bñ rñſum fuit. ¶ Item frater Nicolaus traueth anglicus ſcripſit ſuper Boetiuȝ de cõ ſolatione:ꝛ ſuper Augm̃ de ciuitate dei multa quolibeta:tracta tuȝ de miſſa:expõneȝ ſup regulá ſci Auguſtini:de pfectione vi/te ſpũalis.Item ſcutũ veritatis ꝯtra ipugnátes pdictuȝ tracta tum.Ité canones de ꝯiunctionibus/oppõnibus/ꝛ eclypſib᷒ ſo/lis ꝛ lune a meridie oxoméſi.Item ſup Titũ liuiuȝ:ſuper pble/mata Ariſtotelis:ſuper Ualeriuȝ ad Ruffinũ : ſuper declama/tiones Senece:ſuper tragedias eiuſdé.Item ſup totá bibliam ſcripſit dicta ſcõꝝ cõcathenádo ſicut fecit ſcũs Thomas:ſuper quattuoꝛ euágeliſtas:ꝛ ſup multos poetas.vȝ.Juuenalé Oui/diuȝ ꝛ alios plures.¶ Item frater Paganus ſcripſit poſtillas ſuper pẽthatheucũ:ſuper Joſue/Judicũ/Ruth/Regũ/Para lypomenon/Eſdrá/ꝛ Neemiá/Thobiá/Job/Parabolas/Ec/cleſiaſté/Cantica/libꝛuȝ ſapiẽtie/pſalteriũȝ:q̃ttuoꝛ pphetas ma ioꝛes:ſup euágelia:ſup apocalypſim.¶ Anno dñi.M.cccxxij ſub magr̃o Herueo facta eſt canonizatio ſcti Thome de aqno a dño papa Joáne in eccleſia cathedrali Auinioneſi.Nam.d.pa/pa audita fama miraculoꝝ ꝛ doctrine ꝛ vite eius deputauit ſo/lénes inqſitoꝛes q inqrerét de pdictoꝝ veritate.Et pbatis oi/bus canonice:ꝛ oiuȝ platoꝝ tunc in curia exiſtẽtiũȝ ꝯſilio ꝛ aſ/ſenſu ſcõꝝ ꝯfeſſoꝝ cathalogo eſt aſcriptus.In die canonizatio/nis ipſius pdicauit pmo dñs papa Joá.xxij.in palatio ſuo ſũ/pto themate.Scitote q̃m mirificauit dñs ſcm̃ ſuũ:ꝛ in eo mi/rabiles cómẽdationes dixit tam de oꝛdine q̃ de ſcõ : ꝛ iter alia ꝙ ſcũs Thomas in hoc oꝛdine geſſerat vitá aplõꝝ:qui oꝛdo ni hil hȝ in ppꝛio:lȝ habeat ꝛ viuat in cõi.Item dixit ꝙ credebat iſtaȝ té vitá aplõꝝ.Addidit ét ꝙ nullus hẽret pꝛo malo ꝙ iſte glorioſus doctoꝛ poſt aplõs ꝛ doctoꝛes pꝛimos plus illumina/uit eccleſiá dei.Poſtmodũ pꝛedicauit frater Petrus grateri.

Tertio

Tertio loco predicauit Rex Sicilie. Quarto loco p̄dicauit
Archiep̄s Capuanus excellentiſſimus. Quīto loco p̄dicauit
aliꝰ qdā ep̄s. Sexto loco p̄dicauit archiep̄s arelatēſis. Septi/
mo ep̄s vintoineñ. Octauo loco p̄dicauit ep̄s londoñ. de ordi
ne mioꝝ. Hi s̄moēs facti fuerūt idibꝰ iulij. Poſtea. d. papa. xv.
kal' Auguſti in feſto ſācti Alexij cantauit miſſā: ⁊ iterū s̄monē
habuit de eodē: ſumpto themate. Magnus es tu ⁊ faciens mi
rabilia. Poſtea per Regē ⁊ Reginā ⁊ comitē ſancti Seueri/
ni ⁊ p̄latos diuerſoꝝ ordinuꝫ facta ſunt magna feſta in ꝯuētu.
Ad quos venerūt dn̄i cardinales cum magna letitia. Anno ſe/
quenti. d. Stephanus ep̄s pariſiēſis de ꝯſilio ep̄oꝝ ⁊ archiep̄o/
rum ac. xxiij. magiſtroꝝ in thelogia ⁊. xxxix. bachalariorum
quoſdā articulos qui videbanť tangere doctrinā ſancti Tho/
me ꝯdemnatos per vniuerſitatē pariſieñ. per lr̄as ſuas reuoca/
uit. Que lr̄a pariſius in feſto ſancti Thome coraꝫ vniuerſitate
poſt ſermonē publicata fuit cum oium gaudio ⁊ letitia ad lau
dē ſaluatoris. ¶ Eodē tp̄e floruit frater Robertus domꝰ Aui
nionēſis genere nobilis ſꝫ ſanctitate nobilior: qui predixit pe/
ſtilentiā futurā ante annos. xxx. q̄ꝫ ceperit: que ſecuta eſt infal/
libiliter ſicut predixit. Nam iter alia dixit. Locutus eſt in me
ſp̄us dn̄i dicēs. Uade ad iſtum q regit colūbaꝫ meā: ⁊ vade ad
cardines terre ⁊ dic eis: ꝙ niſi dimittāt auaritiā ⁊ ſymoniaꝫ ſe/
queť tāta mortalitas ꝙ riui ſanguinis fluēt de ſepulchris. Qd̄
⁊ factuꝫ eſt in Auinione tp̄e gn̄alis peſtilentie poſt. xxx. annos.
Nā nouū cimiteriuꝫ factū fuit ex̄ Auinionē in quo vno die. i.
dn̄ica. iiij. quadrageſime multa millia humanoꝝ corpoꝝ ſunt
ſepulta: ⁊ poſtea ſequēte vehemētiſſima pluuia ita corpora illa
compreſſa ſunt ꝙ miraculoſe de eis riuuꝫ ſanguinis per agros
defluxerunt. Predixit etiam ꝓphetice multa alia que comple/
ta ſunt ex magna parte. Claruit autem multis miraculis in
vita ⁊ in morte. Inter cetera aūt cum ſacrū corpus eius ad ſe/
pulchrū deferreť diuina virtute ita in altuꝫ eleuatuꝫ eſt: ꝙ ſb/
diaconus cum cruce nō potuit ip̄m tangere: ⁊ ſic eleuatū diui/
nitus delatū eſt vſqꝫ ad ſepulchrū. ¶ Anno dn̄i. M. cccxxiiij.

electus eſt in caplo gñali Burdegaléſi hyſpanie in magiſtrum ordinis.xv.frater Barnabas Uercelléſis.Qui doctor exiſtens in iure canonico ordiné itrauit:ꝛ in magiſterio vixit ãnis.viij. ꝛ obijt Pariſius.Hic ſcripſit multos ſermones predicabiles. ¶ Anno dñi.M.cccxxxij.fr̄ Thomas anglicus magr̄ ſoléniſſimus cognométo vualeñs vel gualheis audito ꝙ papa Joannes.xxij.dogmatizabat ꝙ aie beatoꝝ ante gñalem reſurrectionem nõ videbant deum zelo fidei catholice tractus expoſuit ſe periculo.Nam publice in feſto ſci Joãnis euangeliſte p̄dicauit ꝯtra papã Joãné.xxij.in Auinione corã oibus platis eccl'ie diu diſſimulãtibus:ꝛ iprecatus eſt publice maledictioné patris et filij ꝛ ſpũs ſci illis q errori pape ꝯſentirent ꝑpter tpales ꝓmotiones quas ab eo ſperarét.Et poſt p̄dicationé fecit ꝓteſtationé in his verbis.Ego fr̄ Thomas gualeis p̄dicaui p̄miſſa publice corã vobis:ꝛ in excuſationé meam dico ſic:dicere aias electoꝝ añ reſurrectioné gñalé nõ videre deū facialiter aut eſt error manifeſtus ſcãdaloſus ꝛ periculoſus: vtpote de cuius p̄dicatione inde eccleſia dei ſcãdalizat̃:aut nõ.Si ſic ꝙ ego debeã excuſari:q: vrgéte ꝯſcia talia in oppoſitū p̄dicaui.Si nõ:paratus ſum oém penã ſubire mihi a quocũq; iudice iponédã.Anno igit̃ ſequẽti fr̄ Thomas incarcerat̃ ab inqſitore frm̄ minoꝝ: ꝛ vexabat̃ tedijs infinitis.Sed ad l'ras regis frãcoꝝ ꝛ vniuerſitatis pariſiacéſis cū gloria de carcere eſt eductus.Cõtra hũc eũdem erroré fr̄ Durãdus de ſcõ Portiano ſcripſit acutū tractatũ Qui citat'ad curiam nõ venit:q: a rege Frãcie defendebat̃.Et eodé anno Joãnes papa.xxij.infirmat'ad morté cũ eét iam moriturus ad expectationé oiū amicoꝝ ſuoꝝ fideliũ ſubmiſit ſe ꝛ doctrinã ſuã correctioni ſcé Romane eccleſie in hec verba.Credimus ꝙ aie ſeparate a corporib'ꝛ purgate ſunt in celo celoꝝ regno ꝛ paradiſo in ꝯſortio angeloꝝ cõgregate:ꝛ vident deũ ꝛ diuinã eéntiam facie ad faciẽ clare inqᷓtū ſtatus ꝛ iudiciū aie patit̃ ſeparate.¶ Anno dñi.M.cccxxxiij.in caplo gñali diuionenſi electus eſt in magiſtrū ordis.xvj.fater Ugo cãpanus ꝓuicialis Frãcie magr̄ in Theologia:ꝛ rexit ordiné

annis

annis.xij. Qui obijt in curia die . vj . augusti . Anno.dñi.M.cccxxxiiij. Papa Joānes.xxij.iam moriturus ſe ⁊ doctrinā ſuā in oibus ſubiecit correctioni ſcē Romane eccleſie vt dictū eſt: ⁊ ſic mortuus eſt . ¶ Hoc tpe floruit in thuſcia apud caſtrum montis pollitiani beata Agnes de eodem caſtro . Qui ſanctimonialis de ordine p̄dicator̄ effecta admirabili vita ⁊ miraculis q̄plurib⁹ claruit. Huius corpus venerabile ꝯtinue liquorē ſudat valētem ad multor̄ ſalutē: q deuote ad eam accedūt. Corpus eius nunq̄ ſepultū fuit: ſed nec humanitus punctū ſed ſolo liquore ex ſeſe defluēte ita eſt ꝯſeruatū vt integrū adhuc per oia perſeueret . Huius admirabilē vitam magiſter Raymundus de capua diligēter conſcripſit ¶ Beata ſoror Helēa de vngaria que habuit . v . ſtigmata Chriſti : ⁊ magne perfectionis mulier in vngaria ſanctimonialis ordinis predicꝫ.fuit. ¶ Huius diſcipula beata Margarita regis vngarie filia ſimiliter ſanctimonialis: mirabilibus virtutib⁹ refulſit . ¶ Anno dñi.M.cccxl.corpus beati Petri martyris trāſfert ad tumbā p̄cioſam p̄ntibus dño archiep̄o mediolañ. Joā.de vice comitib⁹ magr̃o ordinis Ugone ⁊ diffinitorib⁹ capituli gñalis ac multis nobilibus. Quo tpe miracula glorioſa q̄plura facta ſunt . ¶ Floret dñs fr̄ Ugo de vitonio: q ſcripſit ſup p̄s.⁊ fuit cardinalis Romane eccleſie. ¶ Anno dñi.M.cccxxxiiij. Dñs Bñdictus papa.xij.ordinis ciſterciēſis.creat̄ ⁊ ſedit annis.viij. Hic determinauit q̄ aie elector̄ purgate poſt mortē vidēt deū facialiter cōtra opinionē quā habebat papa Joānes.xxij. Huius tpe floruit btūs frater Uēturinus de pergomo p̄dicator excellētiſſimus q mirabilē fructū p totā Italiam fecit: adeo vt inumeras paces fecerit iter capitales inimicos. Et lꝫ iniuſte multas tribulationes ſuſpitionib⁹ dicti Bñdicti pape paſſus fuerit: tñ oia patienter ſuſtinuit. Tādem ꝯſolatus per dñm Clemētem.vj. ſciſſime obijt in nigroponte ſeu eubolea inſula in eccleſiaſtico ⁊ xp̄iano exercitu ꝯtra turchos. Hui⁹ vita hētur plena oi ſuauitate : que hoieꝫ ſciſſimū luce clarius ondit. Extāt ēt q̄plurime eius ep̄le deuotiſſime ad diuerſos . ¶ Defuncto Benedicto.xij.paucis

mortē ſuā flētib⁹. Anno. M. ccc xlij. Clemens. vj. in papā ɔſecrat: ꝛ ſedit ānis. x. ꝛ mēſib⁹. vij. ¶ Eodē tpe. ſ. M. ccc xlij. in capitulo generali carcaſonēſi electus eſt in magiſtrum ordinis xvij. frater Gerardus de ſctō adamaro de ꝓuincia tholoſana magr̄ in theologia abſens: ꝛ eodē anno aſſumptus eſt in cardinalē tituli ſancte Sabine per dictū dñm Clementē. vj. ¶ Anno ſequēti electus fuit in magr̄m gn̄alem ordinis. xviij. frater Petrus de palma magr̄ in theologia ꝓuincie frācie ɔuentus biſuntini ꝛ obijt in officio poſt ānū vnū. ¶ Anno. M. ccc xlvj in caplo gn̄ali biuenſi ꝓuincie tholoſane electus fuit in magiſtrū ordinis. xix. frater Guarinus ꝓuincie francie magiſter in theologia: qui rexit ordinē duob⁹ annis ꝛ obijt in ɔuētu gratiopolitano. ¶ Anno dñi. M. ccc xlviij. electus eſt in magiſtrū ordinis. xx. in capitulo Barchinonēſi frater Joānes de molēdino magiſter in theologia lector ſacri palacij: ꝛ infra biēniū aſſumptus fuit in cardinalē per dñm Clementē. vj. ¶ Anno dñi. M. ccc xlix. peſtis craſſata eſt per totā europā: ꝛ ita deſeuit in hoīes ꝙ vix decimus remanſerit. Et fuit impleta prophetia fratris Roberti ſuprapoſita. ¶ Anno. M. ccc lij. i caplo generali Caſtrenſi ꝓuincie ꝓuincie: electus fuit in magr̄m ordinis xxj. frater Symon ɔuētus lugdunenſis ꝓuincie francie ſacre theologie magiſter ꝛ preſuit ordini annis. xiij. ¶ Anno domini. M. ccc lv. mortuo Clemēte electus fuit in papā Innocēti⁹ vj. ſeditqꝫ ānis. ix. dieb⁹. xv. Hoc tpe frater Henricus de erfordia midenſis ꝓuincie ſaxonie ſcripſit cronicā glorioſam ab origine mundi vſqꝫ ad annū. M. ccc lv. in quattuor magnis voluminibus. Item cathenā aureā in pulchro volumine. Itē tractatū de ɔceptione v̄ginis glorioſe ꝛ alia multa. ¶ Fr̄ Henricus de ceruō magr̄ coloniēſis ſcripſit ſup ſnias lecturā breuē ꝛ pulchram. ¶ Magr̄ Henricus de hūnis ſcripſit ſuper libros ſniaꝝ. ¶ Fr̄ Bertoldus de moyſborch ſcripſit magnū volumen in phīa Platonis. Item ſup librū elemētationū Procli. Item de polo vridis exponēs intētionē Ariſtotelis obſcuram in tertio methauroꝝ. Item ſūmā theologie. Item in aſtronomia plura

mia plura. ¶ Fr Hermanus de anguſta ſcripſit trac. de cogni-
tione creata ſenſitiua ꝛ itellectiua. Jtẽ multa quolibeta ꝛ q̃ōnū
determiatiões. Fr Sterlẽgatꝰ ſcripſit ſolẽniter ſup ſnias. Jtē
ſmões ſbtiliſſimos ad cleꝝ. ¶ Fr Ricolphꝰ de colonia ſcripſit
lecturã gratã ſup ſnias. ¶ Fr Hẽricus hazer ſcripſit ſup ſnias.
¶ Fr Adã magr colonieñ. ſcripſit ſup ſnias. ¶ Fr Gerardus
de ſcō Laurẽtio coloniẽſis fecit ſmones bonoꝝ de tpe ꝛ de ſcis.
¶ Fr Joãnes ſmitzkil frank ſcripſit poſtillas ſup epl̃as canoni
cas. itẽ ſup Job. itē ſermones dñicales de epiſtolis ꝛ euãgelijs.
item ſermones de ſanctis. Jtem pcioſum tractatū ſm ordinē
alphabeti vſq; ad lrã. M. qui intitulat de practica veritate.
¶ Frater Henricus ſuſo ſcripſit horologiū ſapie. ¶ Fr Ni-
colaus de harckilch friburgẽſis ſcripſit ſup canonicã Jude. Jtẽ
de abuſionibꝰ clauſtri gratū tractatū. ¶ Fr Joãnes cocheng.
frigiburgẽſis ſcripſit ſup epl̃am ad Romanos. Jtẽ tractatū de
q̃rta. itẽ tractatū de ꝯtribꝰ. ¶ Anno dñi. M. ccclxiij. cepit Ur
banus. v. natione ꝓuincialis ꝛ ſedit annis. viij. menſe vno die-
bus. xx. Jſte Urbanus mãdauit corpus beati Thome qđ. lxxv.
annis ſub depoſito in monaſterio foſſe noue iacuerat: ꝛ annis
xix. ptim in palatio comitis honorati: patiz iterū in pſato mo-
naſterio: ꝛ partim in ꝯuentu fundenſi ordis nr̃i fuerat deporta-
tum nouiſſime hoc anno. ſ. xciij. vel circa a trãſitu eiuſdem do-
ctoris: in anno dñi. M. ccclxvij. ad ꝯuẽtum tholoſanū ordinis
pdicatoꝝ trãſferri. Qđ qdem magnis ꝛ multiplicibꝰ coruſcans
miraculis cū magna ſolẽnitate tranſlatum fuit. ¶ Anno dñi
M. ccclxvij. electus fuit in magrm ordinis. xxij. frater Helyas
de tholoſa magr in theologia tranſtulit corpus bti Thome de
Jtalia tholoſam: in ꝯuentu ſuo vt dictū eſt. ¶ Huius tpe flo-
ruit ſacratiſſima ꝛ admirabilis virgo Catherina de ſenis tertij
ordinis de pnia beati Dñici. Cuius excellẽtiſſima vita ꝛ doctri
na pfundiſſima eam multiplr cõmendãt. Obijt aūt anno. M.
ccclxxx. ꝛ ſcõꝝ cathalogo aſcripta fuit ãno. M. cccclxj. p Piū
ij. pontificem maximū. Huius vitam virtutibꝰ admirãdā ma-
giſter Raymūdus de capua ordis gñalis Magiſter laudabili-

ter deſcripſit. ¶ Huius ordinis fuere q̄ꝫplures ſorores deo de/
uotiſſime diuerſis temporibus que miraculis claruere. ¶ In
primis in ciuitate Urbeuetana fuere due virgines glorioſe ⁊ in
nocentes. vꝫ. beata Uāna ⁊ beata Daniela huius ſtatus ⁊ ordi
nis: que in vita ⁊ morte miraculis claruere. ¶ In ciuitate ca/
ſtelli fuit alia beata ſoror Margarita nomine: que etiam in vita
⁊ poſt mirabilibus ⁊ inuſitatis miraculis coruſcauit. Cuius
corpus adhuc integruꝫ in eadē ciuitate apud frēs predicato/
res cunctis videre volentibus patenter oſtendit. ¶ In ciuita
te Florētie fuit ſoror Joāna nuncupata cōtinētis vite: que etiā
miraculis coruſcauit. ¶ In ciuitate Piſana fuit ſoror Pina
eximie pietatis ⁊ cōuerſationis ſctē. ¶ In ciuitate Uenetiaꝝ
fuit ſoror Maria q̄ ſingulariſſime ⁊ admirabil' vite fuit. ¶ Itē
in ciuitate Senaꝝ eſt alia ſoror Catheria magne v̄tut; adoleſcē
tula: que iacet in eccleſia cāpi regij in capella ſancti Dominici.
¶ In ꝯuentu peruſino iacet btā ſoror Colūba virgo ſanctiſſi/
ma et pfectionis admirabilis. ¶ In ciuitate mātua in conuen
tu mātuano iacet beata ſoror oſanna virgo eximie ſanctitatis ⁊
admirabilis vite: cuius geſta preclara habentur. ¶ Anno dn̄i.
M. ccclxx. Gregorius. xj. natione ꝓuincialis creatur in papā
⁊ ſedit annis. viij. Hic diuina reuelatione ſibi per beatam vir/
ginem Catherinam Seneſem factam curiam ad proprium lo/
cum reduxit: que per annos. lxxiiij. fuerat per diuerſos ponti/
fices vltra montes detenta. Huius tempore florentini ſuis ma
chinationibus peſſimis fecerunt rebellare omnes terras eccle
ſie ab obediētia pontificis: ⁊ bona omnium eccleſiarum ſui po/
tentatus imobilia abſtulerunt ⁊ vendiderunt vt contra eccle/
ſiam dimicarēt. Propter quod graui anathemate a papa Gre/
gorio feuerunt innodati ⁊ a diuinis interdicti fuere. ¶ Anno
dn̄i. M. ccclxxviij. electus fuit Rome Urbanus. vj. qui ſedit
annis. xij. menſibus. xj. diebus. xxij. Hic cum cardinales gal/
los ⁊ vltramōtanos malis moribus aſſuetos corriperet: ab eis
derelictus eſt. Unde elegerūt alium apoſtaticuꝫ quē Clemen/
tem. vij. appellauerūt. Et ſic factum fuit ſciſma in eccleſia dei
omniū

oium peſſimū qđ durauit.xl.annis.Nam Italia/germania/an/glia/portugalia/hybernia/dacia/polonia/boemia/vngaria Ur/bano:Francia vo ꝛ hyſpania Clemēti obediebant. Hic Urba/nus fecit duos cardinales de ordine nr̄o aſſumptos.ſ.frēm Ni/colaum de Neapoli qui fuit doctor ſacre theologie:ꝛ inquiſitor heretice prauitatis:quem creauit preſbrū cardinalē ſcī Cyria/ci.Et dn̄m Mattheuz de vrſinis Romanū:q requieſcit in ꝯuen/tu Minerue Rome:ꝛ ex teſtamēto ſuo reliqt bonā elemoſynā capl̄o gn̄ali ꝛ multis ꝯuentibus ꝛ monaſterijs ordinis. Un̄ or/do predicatorꝝ ſicut ꝛ alij ordines diuiſus fuit in duos gn̄ales. Magr̄ Helyas adheſit Clementi.vij.ꝛ vixit in gn̄alatu annis xxvij.ꝛ magr̄ Raymūdus adheſit Urbano ꝛ ſucceſſoribus.

¶De gn̄alatu magr̄i Raymūdi de Capua ꝛ de beato Uincē/tio Ualētino ꝛ alijs incidentibus illorꝝ temporꝝ. Cap.xiij.

Anno dn̄i.M.ccclxxx.electus fuit Bononie in gn̄alem magr̄m ordinis.xxiij.pro obedientia Urbani.vj.frater Raymūdus de Capua magr̄ in theologia vir ſanctus ꝛ doctus:qui fuit cōfeſſor ſancte Catherine de ſenis. Hic pater cepit ordinē reformare in ꝯuentu ſcī Dn̄ici de Uenetijs:a quo poſtea ꝛ lombardia ꝛ thuſcia ꝛ ſicilia ꝛ trinaclia ꝛ olandia:vn/garia ꝛ alemania:hyſpania ꝛ francia pro magna parte reforma/te ſunt.Hic ordinē rexit annis.xix.ꝛ in ꝯuentu nurimbergen/ſi ꝓuincie theotonie totus contractus ad dn̄m migrauit anno dn̄i.M.cccxcix.Scripſit aūt ſup magnificat tractatū inſignē. Item cōpoſuit offm̄ viſitationis btē Marie.Item legēdaz ſcē Catherine ſenēſis:ꝛ legēdam btē Agnetis de monte politiano. Fuit aūt vir religioſiſſimus ꝛ magni zeli:bone ꝛ regularis vi/te.¶Floruit hoc tpe fr̄ Joānes dn̄ici de florentia:q primo fuit p̄dicator inſignis poſtea primus vicarius ꝯuētuū reformatorꝝ ac poſtmodū cardinalis ſcī Sixti.Hic fuit religione ſingularis ꝛ ſcripſit ſup magnificat.Item ſup eccleſiaſtē.item ſup euange/lium Matthei.item ſup epl̄am ad Romanos.item luculā no/ctis.item itinerariuz deuotorꝝ.item de amore charitatis.itē ſer/mones de tpe ꝛ de ſcis:ꝛ ſup cantica canticorꝝ:ꝛ de impreſtitis

Venetoꝝ:ꝛ plura alia inſignia volumina. Hic ẽt fundauit monaſteriũ ſoroꝝ corporis Chriſti de Venetijs. Mortuus eſt bude in vngaria legatus de latere ꝯtra boemos exiſtens. ¶ Floruit ꝛ alius Joãnes raguſinus magr̃ q̃ ſcripſit ꝯtra huſiſtas in cõcilio cõſtantienſi. ¶ Fr̃ Thomas de ſenis vir religioſiſſimus ꝛ p̃dicator gratioſus hoc tp̃e Venetijs floruit magnũ religionis exẽplar oibus oñdens. Hic primus in vrbe Venetiaꝝ ordinem de p̄nia bti Dñici plantauit:ꝛ ip̃m ordinẽ ꝯfirmari per ſedem apl̃icam ꝑcurauit ꝛ obtinuit:ꝛ in dicta ciuitate vſq̃ ad vltimũ ſeniũ ſcẽ viuẽdo p̄máſit. Et ibi aiam x̄p̄o reddẽs ſepultus eſt in eccleſia ſci Dñici in ſepulchro marmoreo cum inſigni epythaphio. Hic abbreuiauit legẽdam magnã btẽ Catherine ſenẽſis:ꝛ fecit ſupplemẽtũ legẽde eiuſdẽ. Jtẽ ipſo ꝑcurãte factũ fuit volumen vigintiq̄nq̃ ꝯteſtationũ de vita ꝛ miraculis btẽ Catherine ſupradicte. Qd̄ in formã publicã redactum fuit:vt ex his btã Catherina ſolẽniter canonizari poſſet. Qd̄ ꝛ factũ eſt tp̃e dñi Pij pape ſcd̄i. Scripſit ẽt librũ de initio vite regularis:ꝛ multos ſermones:legẽdam quoq̃ btẽ Marie de Venetijs tertij ordinis cõpoſuit. Collegit ẽt vndequaq̃ ep̄las ſancte Catherine:ꝛ eas in pluribus voluminibꝰ diſtinxit. Cõpoſuit quoq̃ legẽdam bti Dñici in vulgari ſermone quã ẽt pluribus voluminibus diſtinxit. Obijt anno. M.ccccxxx. ¶ Fr̃ Bernardus de franchouen ſcripſit plures ſermones. ¶ Fr̃ Henricus de franchouen ſcripſit ſermones de tp̃e ꝛ de ſctis. ¶ Frater Gulls de kayotho abbreuiauit ſũmã ꝯfeſſoꝝ. Jtem compoſuit multos ſermones. ¶ Frater Bernardus parentinus fecit luculẽter expõnẽ miſſe. Jtẽ multos ſermones. ¶ Frater Henricus de ferraria fecit tractatũ curioſum de quadruplici inſtĩctu. ¶ Frater Bertramus ep̃s tephelicenſis cõpoſuit tractatũ de illuſionibus demonum. item de ſciſmate. item ſermones varios. ¶ Frater Thomaſinus ferrariẽſis cõpoſuit ſermones de tp̃e ꝛ de ſcis. ¶ Frater Bartholomeus ferrarienſis cõpoſuit inſigne volumẽ ſermonum:ꝛ alia q̃dam notabilia. Fuit inq̄ſitor in eadẽ ciuitate ꝛ p̃dicator inſignis ac ſacre theologie

magiſter

magiſter egregius. ¶ Poſt Urbanum ſextum. M.ccc.xc.electus eſt in pontificem Bonifacius.ix.qui ſedit annis.xiiij.menſibus . ix . Huius anno.xj.ſcilꝫ anno domini.M.cccc j.electus fuit Utini in capitulo generali magiſter Thomas de firmo ſacre theologie doctor in.xxiiij.generalem ordinis . Hic fuit vir magne prudentie:ꝛ multa priuilegia ordini obtinuit.Hic etiam ordinauit ꝙ prouincia lombardie inferioris vocaretur ꝓuincia ſcti Dñici:ꝛ p tria capiula generalia fuit approbatum Hic rexit ordinē ānis.x.ꝛ ianue mortuꝰ regeſcit . ¶ Hoc tp̄e claruit ſcti ſſimꝰ pater beatꝰ Uicentiꝰ Ualētinꝰ ordis p̄dicatoꝝ: vir in primis eximie ſciētie vite ſinceriſſime ac in apoſtolorum gratijs multuꝫ ditatus.Hic enim per annos.xl.quottidie predicauit celebrauit ꝛ alia preclariſſima opera fecit. Ex cuius p̄dicatione veriſſime cōprobatuꝫ fuit ꝙ pluſquā.xxv.milia iudeoꝝ ꝛ octo milia ſaracenoꝝ ad fidem catholicā ſunt ꝯuerſa: ꝛ vltra centuꝫ milia hominū perueſoꝝ ꝛ deſperatoꝝ ac publicorum peccatoꝝ ad vitam bonam venerunt.Hic pulres mortuos viuens adhuc in corpore ꝛ multo plures poſt mortem ſuſcitauit ꝛ alia ſigna innumerabilia fecit.Inter cetera dona apoſtoloꝝ que habuit linguarum gratiā habere promeruit.Nam predicans in ſuo idiomate cathelano ab omnibus quarūcūꝗ linguaruꝫ intelligebaꝫ.Hic plenus virtutibus anno etatis ſue lxxviij.in Britania ciuitate Uenetenſi ad dominuꝫ migrauit āno.M.cccc.xviij.ꝛ a Calixto.iij.canōizatꝰ fuit āno.M.cccclv ¶ Anno dñi.M.cccciiij.electꝰ eſt i papā dñs Innocētius.vij. Hic ſummus pontifex cōfirmauit ordinē fratrum ꝛ ſororum de penitentia ſancti Dominici ad inſtantiā Fratris Thome de ſenis viri ſanctiſſimi.Hic pontifex ſedit annis duobꝰ.Hoc tēpore claruit Foriliuij beatꝰ Frater Marcholinus vir eximie ſāctitatis ꝛ miraculoruꝫ:gratia inſignis . ¶ Anno domini.M. ccccvj.electus fuit in papam dñs Gregorius.xij.natione Uenetus vir ſanctitatis eximie ꝛ ſedit annis tribus.Hic fecit cardinalem fratrem Joānem dominici de Florentia ꝛ miſit eum legatum ad Imperatorē Sigiſmunduꝫ pro vnione eccleſie pro

curanda. Qui tandem obijt legatus in Ungaria tp̄e Martini quinti. Hic dominꝰ Gregorius papatui ſponte renunciauit in concilio Conſtātienſi ꝓpter vnionem fiendā. ¶ Anno domini. M.cccclx. Conuenerūt cardinales duoꝝ pontificum. Gregorij ſcilicet ⁊ Benedicti. xiij. qui in ſua obedientia ſucceſſerat Clementi. vij. ⁊ facto concilio Piſis elegerūt dn̄m Petruꝫ de Candia magr̄m in theologia famoſiſſimum tunc cardinalem ⁊ archiep̄m Mediolanēſem ex ordine fratrum minoꝝ aſſumptū in papā ⁊ Alexandrū quintū appellauerūt. Hic glorioſū priuilegiū fratribꝰ mēdicātibꝰ cōceſſit quod icipit Regnās in excelſis: quod nimio zelo pariſiēſes ⁊ alij cōcilio Cōſtātienſi ipugnare voluerūt ſed minime potuerū. Hic obijt Bononie ⁊ ſepultus eſt in cōuentu ſancti Franciſci. Huic ſucceſſit dominꝰ Joānes. xxiij. Baldeſar coſſa antea vocatus ⁊ ſedit annis. vj. Hic cōuocauit cōciliuꝫ in Conſtantia ciuitate Alemanie vbi depoſitus fuit ⁊ in caſtro recluſus. Tandem liberatus ⁊ cardinalis effectꝰ Florentie obijt. ¶ Anno. d. M.ccccxvj. electꝰ fuit in generalem ordinis magiſtrum. xxv. Frater Leonardus de Florentia magr̄ theologie in capl̄o gn̄ali Florētie: q fuit vnus de electoribus pape electus in ꝯcilio Conſtātienſi. Hic multuꝫ laborauit in dicto ꝯcilio pro priuilegijs ordinis ꝯ Pariſiēſes ⁊ alios. Hic ordinē rexit ānis. x. ⁊ menſibꝰ. viij. ⁊ florētie obijt: ſepultus in choro eccl̄ie ſcē Marie nouelle i ſepulchro eneo pulcherrimo. Hic edidit ſermones notabiles de flagellis. ¶ Huiꝰ tp̄e claruit fr̄ Joānes Capreoli tholoſanus vir doctiſſimus: q ſcripſit ſup q̄ttuor libros ſniaꝝ egregie in defenſionem doctrine ſci Thome ꝯ eam ipugnātes. Item ſcripſit ſermonesq̄ʒ plures. ¶ Fr̄ Lucas de mānellis de Florētia ſcripſit ſup totū Senecā ad mādatuꝫ dn̄i Clemētis pape. vj. ¶ Fr̄ Lauterius de vbaldinis de Florētia cōpoſuit libelluꝫ ꝯtra iudeos: q ititulat capiſtrum iudeoꝝ. ¶ Fr̄ Silueſter de Mediolano ſcripſit multas q̄ōnes. Item tractatū de eē ⁊ eēntia. ¶ Fr̄ Joānes de fontans de placētia ſcripſit libruꝫ ad iſtar ſpeculi hiſtorialis Uincētij: in quo poſuit multas moralitates. ¶ Fr̄ Laurētius brāchiſordis

de placētia

de placentia ſcripſit ſuper pſalteriuꝫ collationes de ſcis. Item multos ſermones ⁊ pncipia in theologia. ¶ Fr Jacob⁹ zinidolus de placētia ſcripſit ſermones pncipij ⁊ principia: ac ēt collationes multas. ¶ Fr Hēricus de platio aſtēſis cōpoſuit ſermones q̄dragesimales. Itē ſermones recitabiles. ¶ Fr Bn̄dictus de Verona ſcripſit ſermones p̄dicabiles de tpe ⁊ de ſctis. Fr Romanus de vincētia ſcripſit ſermones p̄dicabiles. ¶ Fr Bn̄dictus crinigrand magr pariſiacenſis de aragonia ſcripſit ſup ſnias. ¶ Fr Gombaldus de vligia de aragonia magr ſcripſit ſup ſnias. ¶ Frater etiam Franciſcus de retbſa in vniuerſitate Viēnenſi qui legendo in ſcholis prouerbia continuauit annis. xij. ⁊ amplius iſtud thema ſemper reiterando Primi ⁊ puriſſimi fructus eius: applicando ſemper ad beatam Virginem ⁊ multa volumina pulchra ⁊ magna de eadem ſcribendo. Scripſit etiaꝫ ſuper ſalue regina integrū volumē ⁊ multa alia. ¶ Eodeꝫ tpe claruit mgr Jacobus de ſuſato cōuētus coloniēſis q fuit inqſitor ꝯ hereticos ⁊ ſcripſit ſup quatuor libros ſniarū ad lrām: ſup Mattheū: ſup librū ſapientie: ſuper eplām ad hebreos. Itē ſup mattheū tria magna volumina: ſup eplāꝫ ad titū duo magna volumina: ſup miſſaꝫ vnū volumē. tractatuꝫ de veritate cōceptionis beate virginis. Itē de origene ⁊ vnitate ecclie. Iteꝫ tractatū de hora mortis xpi. Iteꝫ cronicā vnam. Itē mappā mūdi. Itē ordinauit priuilegia ordinis cū defenſione eorūdē. Itē collōnes breues ⁊ latinos ſermones. Itē diſtinctiōes breues ⁊ longas pro arte colligendi. Itē cronicā breueꝫ ordinis ex qua pro maiori parte iſta excerpta eſt. Hoc tpe facta eſt diuiſio prouinciarū aliquarū ordinis. ſ. hyſpanie in prouinciā ſancti Jacobi ⁊ portugalie. Itē piuinciā regni in puincaꝫ ſicilie ⁊ trinaclie ⁊ ſic facte ſunt. xx. prouincie. ¶ Anno. d. M. ccccxv. renūciāte Gregorio. xij. ⁊ legato marchie declarato: abſolutiſq; p cōciliū Jo. xxiij. ⁊ benedicto. xiij. tanq̄ ſcādalizantibus dei eccleſiam. Martinus. v. natione romanus de colūniēſium nobiliſſima familia vnanimiter ab omnibus cardinalib⁹ ⁊ alijs electoribus ad hoc conſtitutis electus fuit: vir tanto de

